

WYPISY Z AKT KAPITUŁY W ŁOWICZU  
DO ZAKRYSTII, SKARBICA, BIBLIOTEKI,  
ARCHIWUM I KANCELARII  
MIEJSCOWEJ KOLEGIATY I KAPITUŁY  
Z LAT 1525-1818

OPRACOWAŁ I WYDAŁ  
KS. STANISŁAW LIBROWSKI

LUBLIN 1986

## Anni 1722 continuatio

et iuramento super secreto Venerabilis Capituli praestito. Ac tandem assignatum est mihi stallum in parte dextra post canonicos, domus certa ad residentiam cum horto, altaria duo: unum Sacrat. Corporis, alterum S. Crucis in eadem Ecclesia Collegiata, et agri cum pratis in Łowicz, et alia de iure spectantia tradita sunt mihi.

D. 8 sequb. Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[536] s. 770. *Inventarium rerum artis musicae*. Committitur perilibus Martino Lipnicki<sup>213</sup> et Matthaeo Witkowski<sup>214</sup> [canonicis], quatenus inventarium librorum instrumentorumque musicorum curent conscribi per magistrum Capellae et subscribi. Creabuntque mgrum Capellae dñum Urbanum Janczewski<sup>215</sup>, aut potius in eodem officio iam alias constitutum, eundem approbabunt.

## 1723

Dieb. 18—20 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[537] s. 782. *Recapitulatio*. Lectis capitulis partialibus, praesens capitulum illa approbat.

[538] s. 782—783. *Commodatio rerum ecclesiasticarum*. Stando anterioribus decretis et statutis, nunc quoque statuimus et decernimus, ne res ecclesiasticae tam de rebus [s. 783] maioris, quam etiam minoris aestimationis, alias nullae sine consensu partialis capituli, commodentur et ex Ecclesia Collegiata extradantur. Exceptis ecclesiis S. Ioannis et Hospitalis S. Leonardi, quibus pro sollemnitatibus illarum possunt commodari. Semper tamen sub registro extradantur et iuxta idem recipiuntur.

[539] s. 783. *Adm. rndus Ulicki*. Inhaerendo decreto reformationis cels. principis Stanislai in Słupów Szembek archieppi Gnesnensis<sup>216</sup>, adm. rndus Ioannes Ulicki<sup>217</sup>, post assecutam praeposituram Ecclesiae S. Spiritus Łowiciensis<sup>218</sup>, penes officium vicepraepositurae, *vicecustodiae* et altarium SS. Angelorum Custodum<sup>219</sup> et S. Rochi<sup>220</sup> in Ecclesia Collegiata Łowicensi conservetur, nisi solus quodvis horum velit libere resignare. Et hoc ipsi soli ob merita in hac ecclesia, praesertim officium vice-

<sup>213</sup> Kan. M. Lipnicki — jak przyp. 47.

<sup>214</sup> Kan. M. Witkowski — jak przyp. 172.

<sup>215</sup> Urban Janczewski kapelmistrz orkiestry kolegiackiej.

<sup>216</sup> Nie znany dekret ref. arcybpa St. Szembeka do zaginionych akt wizytacyjnych archidiakonu łow. z 1721 r. (Polnarowskiiego).

<sup>217</sup> Zakr. ks. Ulicki kolejnym prepoz. par. Św. Ducha.

<sup>218</sup> Zatem ks. Trzeciak był tylko rok ww. prepozytem.

<sup>219</sup> Oltarz Aniołów Stróżów w kolegiacie.

<sup>220</sup> Oltarz Św. Rocha w kolegiacie.

praepositurae et vicecustodiae, tenendum et obeundum conceditur.

D. 4 Augusti, in capitulo partiali extraordinario:

[540] s. 789. *Sacristianus*. Praesens Ven. Capitulum rndo sacristiano dat spatium temporis duarum septimanarum ad recolligendum se, ut hoc officium sponte resignet. Alias post elapsam hanc definitionem temporis, per illos rmus Custos<sup>221</sup> providebit de alia sufficienti persona.

D. 7 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[541] s. 791. *Clavis a Conclavi Capitulari*. Decernit praesens Ven. Capitulum, ut clavis a Conclavi Capitulari penes per ilrem Procuratorem maneat ex eo, quod nunc repertum aliquas particulas auri ex ecclesia per negligentiam sacellanorum deperiisse.

D. 11 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[542] s. 792. *Rndus S. Stomiński*. Siquidem ilris Ioannes Ulicki praepositus Ecclesiae Parochialis S. Spiritus, vicepraepositus Ecclesiae Collegiatae Łoviciensis, ob receptam praeposituram S. Spiritus Łoviciensis, nequit satisfacere officio vicecustodiae illudque deserit, ideo praesens Ven. Capitulum, ex recommendatione per ilris rmi dni Custodis rndi Stephani Słomiński, huius ecclesiae rorantistae<sup>222</sup>, illum unanimi consensu suscipit et penes idem officium **vicecustodiae** vult conservare.

D. 14 Octobris, in capituli partiali extraordinario:

[543] s. 795. *Domus rndi Sacristiani*. Retulit per ilris Trewani<sup>223</sup>, quod domus residentialis rndi sacristiani notabiliter indiget reparatione in tectis. Ideo praesens Ven. Capitulum committit per ilri Procuratori<sup>224</sup>, ut aliquid contribuat pro his resarciendis tectis.

D. 8—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[544] s. 799. *Recapitulatio*. Lectis capitulis partialibus, praesens Ven. Capitulum in toto acceptat omnia et singula tam ea, quae in capitulis ordinariis, quam extraordinariis conclusa sunt.

[545] s. 799. *Liber foundationum*. Ut palam fiat, et praesertim iis, quibus interest, [Capitulum] innotescat, quod omnes et singulae cuiusque diei foundationes absolvantur. Proinde procurabitur liber, in quo quilibet sacerdos, absoluta foundationis missa, tenebitur inscribere diem mensis et proprium cognomen, idque in praesentia rndi vicecustodis.

[546] s. 800. *Missale ad osculum*. Semper tempestive praeparetur a caeremoniario decorum missale in mensa, tectum velo, et deferatur ad osculum dominis [praelatis et] canonicis.

[547] s. 800. *Oblatum ad Altare Crucis et quorundam veterum conflatio*. Immediate ante capitulum generale Conceptionis BVM obtulit pro voto rmus dnus Alexander Działyński Gnesnensis canonicus, Łoviciensis praepositus<sup>225</sup> sat pretiosum aureum annulum ad Altare Crucifixi in Ecclesia Collegiata, introeundo in ecclesiam in parte sinistra siti<sup>226</sup>. In quo annulo infixus est lapis saphireus, circumcirca adamantibus minutioribus septus. Obtulit simul et holosericum coloris rubri sub

<sup>221</sup> *Prat. kust. Robertson — jak przyp. 181.*

<sup>222</sup> *Ks. Stefan Słomiński rorantysta, kolejny (po Ulickim) zakrystian czyli wicekustosz.*

<sup>223</sup> *Karol Trewani poch. włoskiego, m.in. kanonik łowicki w l. 1716—1728.*

<sup>224</sup> *Kan. M. Witkowski — jak przyp. 172.*

<sup>225</sup> *Aleksander Działyński h. Ogończyk, dr ob. prawa, m.in. prat. prepozyt łowicki w l. 1723—1739, od 1737 biskup.*

<sup>226</sup> *Ottarz Ukrzyżowanego (Św. Krzyża, Ługowskiego) — jak przyp. 28.*

vota suffigendum. Pro quibus oblati summas ei gratias egit Venerabile Capitulum et, ut eadem donata in librum inventarii inserantur, praecepit. Uno eodemque decreto dat facultatem rmo dno Kobielski, singularem curam huius altaris habenti<sup>227</sup>, conflandi quaedam minutiora vota pro cinctura Crucifixo, decora et sufficienti conficienda.

[548] s. 803. *Sebum ex Arce Łowiciensis*. Expostulabitur ilmus Administrator<sup>228</sup>, quatenus pensiones retentas quotannis antehac pro sebo extradi solitis ad Ecclesiam Collegiatam solvi, iubeat ex proventibus Clavis Łowiciensis.

## 1724

Die 6 Martii, in capitulo partiali extraordinario:

[549] s. 808—809. *Deputati ad conscribendum rerum perilris Kobielski*. [s. 809] Obtemperando mandatis Cels. ac Rmi Principis<sup>229</sup>, ut plenam possessionem perilris Krajewski<sup>230</sup> possit sui canonicatus<sup>231</sup> capere, res quasdam in residentia dicti canonicatus per p. Kobielski<sup>232</sup> in hypocaustis obseratas, praesens Ven. Capitulum dominis deputatis, videlicet perilibus Owsiany<sup>233</sup> et Witkowski<sup>234</sup> canonicis cum rmo Notario<sup>235</sup> conscribi et inventarium confici, atque ad Locum Capitularem comportari, ibique sigillo capitulari obsigillari committit.— Nulla inseratur protestatio: A. Działyński C.G.P.Ł. praesidens<sup>236</sup>.

D. 11 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[550] s. 809. *Sacristianus*. Moneatur Sacristianus<sup>237</sup>, ut diligentior sit in suo munere. Mappas auro tectas nonnisi solis praelatis [et canonicis] ad altaria dabit.

D. 6—20 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[551] s. 813. *Lectio statutorum et capitulorum partialium*. Lectis statutis et quibusdam ad tractandum ex iisdem annotatis, ad lectionem capitulorum partialium Domini Capitulares processerunt, ac decreta omnia tam ordinariorum, quam extraordinariorum capitulorum approbaverunt.

[552] s. 814. *Petitum rmdi Notarii*. Habendo respectu in exacta suppletionem Divinorum officiorum pro dominis capitularibus rmdi Notarii, sicuti in decantatione missarum matutinarum diebus festivis et vesperrarum pro dominis capitularibus debilibus et legitime impeditis, et prae dicta officia Divina per se absolvere non valentibus, Perillustres Capitulares ex gratia sua decimam manipulearem in villa Płyćwia<sup>238</sup>, ad

<sup>227</sup> Franciszek Antoni Kobielski h. Poraj, m.in. kanonik łowicki od r. 1723, od 1725 biskup.

<sup>228</sup> Adm. archidiec. gnieźn. Kretkowski — jak przyp. 205.

<sup>229</sup> Teodor Potocki h. Piława, arcybiskup gnieźnieński w l. 1723—1738.

<sup>230</sup> Jan Krajewski h. Jasieńczyk, dr ob. prawa, audytor prym. Potockiego (po Robertsonie), m.in. kanonik łowicki w l. 1724—1742.

<sup>231</sup> Kanonik tę posiadał przed Krajewskim Kobielski.

<sup>232</sup> Kan. F. Kobielski — jak przyp. 227.

<sup>233</sup> Kan. A. Rolicz Owsiany — jak przyp. 129.

<sup>234</sup> Kan. M. Witkowski — jak przyp. 172.

<sup>235</sup> Not. kap. W. Piaggia — jak przyp. 212.

<sup>236</sup> Prał. prep. Działyński — jak przyp. 225.

<sup>237</sup> Ks. Słomiński — jak przyp. 222.

<sup>238</sup> Płyćwia wieś — jak przyp. 140.

Capitulum pertinentem, [eidem] donant et dant obligando eundem, ut ab officiis, quoties invitatus fuerit ab aliquo dno capitulari, se non excuset.

[553] s. 816. *Inventarium argenteriae*. Post conflationem<sup>1</sup> praesenti anno quorundam votorum argenteorum ex Altari S. Crucis pro cinctum Crucifixi, reliquae argenteriae novum inventarium facient et subscribent librum rerum ecclesiasticarum rmi Custos<sup>239</sup>, Archidiaconus<sup>240</sup> et Proszewski<sup>241</sup>, qui ad hunc effectum vigore praesentis decreti deputantur.

[554] s. 816—817. *Liquidatio anniversariorum*. Cum constet, quod multa anniversaria iuxta veterem illorum tabulam reperiantur, quorum plane iam deperdita est fundatio aut per medium provisio recipitur, nihilominus ex massa Capituli iuxta inscriptionem in tabula expressam in toto persolvantur. Proinde novam tabulam anniversariorum committit facere praesens Ven. Capitulum perilri Procuratori<sup>242</sup> et rndo Notario ita, ut [s. 817] anniversaria de quorum non constat inscriptione, aut de quorum constat et sunt etiam deperditae, gratis absolvantur. A quibus per medium percipitur — per medium; a quibus totum — per totum persolvantur. Dando facultatem partiali capitulo praedictam tabulam ita factam approbandi, praevio tamen consensu Lociordinarii.

[555] s. 817. *Accommodatio rerum ecclesiasticarum*. Datur facultas accommodandi quorundam apparatus ecclesiasticorum rndo Sacristiano ad exornationem altarium in plateis Civitatis pro sollemni processione crastina die<sup>243</sup> per easdem plateas facienda.

[556] s. 821. *Sebum ex Arce Łoviciensi*. Committitur perilri Procuratori, quatenus privilegium producat ratione sebi huic Collegiatae ex Arce Łoviciensi inscripti, rmo Lipski concellario Suae Celsitudinis Primatialis<sup>244</sup>, postulando cum eodem rmo pro extraditione dicti sebi.

[557] s. 822. *Scripta varia in Loco Capitulari iacentia*. Ad revidenda componenda scripta, quae dispersa per Locum Capitularem iacent, deputantur rmus Archidiaconus cum rndo Notario, qui in iisdem scriptis obligationem certam perilris Zajączkowski<sup>245</sup> investigabunt.

D. 19 Augusti, in capitulo partiali:

[558] s. 827. *Iura Collegiorum*. Collegiis Vicariorum, Psalteristarum et Rorantistarum nuntiabit rndus Notarius, quatenus iura sua adinventiant et parata habeant ad futurum Tribunal Petricoviense.

[559] s. 828. *Petitum Promotoris SS. Angelorum Custodum*. Ad postulationem rndi Promotoris<sup>246</sup> SS. Angelorum Custodum<sup>247</sup>, ut sibi ad dispositionem apparatus Altari SS. Angelorum Custodum donati redderentur, Venerabile Capitulum decrevit, quatenus rndus Sacristianus

<sup>1</sup> conflagrationem akta.

<sup>239</sup> *Prat. kust. Robertson — jak przyp. 181.*

<sup>240</sup> *Prat. archid. Polnarowski — jak przyp. 183.*

<sup>241</sup> *Kan. A. Proszewski — jak przyp. 12.*

<sup>242</sup> *Kan. M. Witkowski — jak przyp. 172.*

<sup>243</sup> *Boże Ciało — w czwartek 15 czerwca.*

<sup>244</sup> *Jan Aleksander Lipski h. Grabie, dr teol., m.in. kanclerz Kurii prym. Półtackiego i kan. łowicki w l. 1724—1725, późniejszy biskup i kardynał.*

<sup>245</sup> *Adam Zajączkowski prep. Kośc. Szpit. Św. Jana i kan. urodz. łow.*

<sup>246</sup> *Promotor ten czasowo nie odszukany.*

<sup>247</sup> *Por. przyp. 219.*

praedictos omnes apparatus rndo Promotori extradat et regestrum ab eodem receptorum accipiat —

[560] s. 828. *Legata perilris Lipnicki*. Coram praesenti Ven. Capitulo comparuerunt ilres et adm. rndi dni Valentinus Majorowski canonicus honorarius<sup>248</sup> et Stanislaus Drzewiecki vicepraepositus huius Ecclesiae Collegiatae Łowiciensis<sup>249</sup> cum tapetibus duobus, tobalio uno et alba una, quae omnia uti exsecutores perilris olim Martini Lipnicki canonici Łowiciensis<sup>250</sup>, vigore testamenti eiusdem perillustris, a se recipi et de receptis quietari postularunt. Tum etiam de annulo apud eundem p. Lipnicki per Ven. Capitulum, receptis praefatis legatis, tum etiam annulo suo proprio gratias egit pro legatis dominis exsecutoribus, et secundum voluntatem testatoris illa applicavit: ad Altare Rorantistarum<sup>251</sup> tapetum unum et tobalium, ad Altare S. Rosaliae<sup>252</sup> itidem tapetum unum, pro usu dominorum canonicorum ad Sacristiam albam unam. Praenominatos exsecutores quietavit tam de legatis, quam de annulo deposito, vigoreque decreti praesentis quietat.

[561] s. 828. *Commodatio baldachini*. Datur facultas rndo dno Sacristiano commodandi baldachinum pro imminente festivitate S. Hyacinthi<sup>253</sup> Patribus Dominicanis ob respectum, quod Cels. Princeps dominus noster clementissimus apud eosdem pro dicta sollemnitate speretur. Qui Patres post finitam devotionem huius diei tenebuntur quamprimum illud red-dere.

D. 8—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[562] s. 835. *Hospitale S. Leonardi*. Curam Hospitalis S. Leonardi, seu potius pauperum in eodem hospitali degentium, habebit rndus **Notarius** cum dependentia a perilri Proszewski.

## 1725

Die 10 Ianuarii, in capitulo partiali extraordinario:

[563] s. 838. *Deputantur ad conscribendum inventarium ilris Witkowski*. Item deputantur ad conscribendas res rndi Matthaei Witkowski<sup>254</sup>, in canonia perilris dni Antonii Krobanowski<sup>255</sup> exsistentes, perilres dni Antonius Owsiany<sup>256</sup> et Andreas Paprocki<sup>257</sup>.

D. 20 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[564] s. 838. *Crux argentea donata*. Comparens personaliter ilris et adm. rndus Majorowski canonicus honorarius Ecclesiae Collegiatae Łowiciensis<sup>258</sup>, olim perilris Martini Lipnicki<sup>259</sup> testamenti exsecutor, obtulit ex mente eiusdem p. Lipnicki canonici Łowiciensis crucem argenteam

<sup>248</sup> Walenty Majorowski kanonik hon. łow.

<sup>249</sup> Stanisław Drzewiecki wiceprep. kolegiaty.

<sup>250</sup> Sp. kan. M. Lipnicki — jak przyp. 47.

<sup>251</sup> Oltarz Rorantystów albo Aniołów Stróżów — zob. przyp. 219.

<sup>252</sup> Oltarz Św. Rozalii — jak przyp. 4.

<sup>253</sup> Wówczas jeszcze 26 sierpnia.

<sup>254</sup> Ks. M. Witkowski — jak przyp. 172 — pozbawiony kanonii.

<sup>255</sup> Jan Antoni Jaksa Krobanowski h. Gryf, m.in. kanonik łowicki (po M. Witkowskim) w l. 1725—1737.

<sup>256</sup> Kan. A. Rolicz Owsiany — jak przyp. 129.

<sup>257</sup> Andrzej Paprocki h. Jelita, m.in. kanonik łowicki od 1722 r.

<sup>258</sup> Kan. hon. W. Majorowski — jak przyp. 248.

<sup>259</sup> Sp. kan. M. Lipnicki — jak przyp. 47 i 250.

ponderis marcarum septem et aliquot quadrantium, huic Ecclesiae Collegiatae legatam, Altari Rorantistarum applicandam. Qua cruce recepta et gratiis actis ilri Majorowski pro conflatione et comparatione eiusdem crucis, in librum inventarii huius Ecclesiae Collegiatae inscribendam censuerunt.

D. 22—26 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[565] s. 846. *Recapitulatio*. Lectis et mature perpensis partialibus capitulis, Domini Capitulares illa approbaverunt, excepto decreto de positione lapidum circa aedes canonicales. Ad meliorem ex actis capitularibus informationem, quae acta, et praesertim in hac materia, legere rndo **Notario**<sup>260</sup> commiserunt et diligenter, ad quem praefata positio lapidum pertineat, investigare.

[566] s. 848. *Candelabra oppignorata*. Summam mille florenorum die 9 Decembris anno 1724 ex Monte Pietatis<sup>261</sup> pro necessitate Venerabilis Capituli interceptam, Domini Capitulares ex summa superius specificata duorum millium tynfonum de bonis Torunensibus, per dominos deputatos allata, domino praesidi Montis Pietatis enumerandam censuerunt, prout incontinenti enumeraverunt et candelabra sex argentea, in oppignorationem data, receperunt.

D. 6 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[567] s. 853. *CruX*. Crucem argenteam ilmo et rmo dno Hieronymo Wysocki custodi Gnesnensi, praesidenti Tribunalis Regni<sup>262</sup>, data [est] facultas perilri Procuratori<sup>263</sup> concedendi.

D. 8—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[568] s. 857—858. *Cruces argenteae*. Ex Ecclesia Collegiata nostra Łowiciensis accommodatae cruces argen[s. 858]teae, una crux Lublinum, altera Petricoviam ilmis dnis Praesidentibus Tribunalis Regni, ne oblivioni dentur, hic annotantur.

## 1726

Dieb. 11—22 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[569] s. 862. *Recapitulatio*. Quoniam ex nonnullis decretis partialibus quaedam dubia emanarunt, ideo resolutionem et approbationem eorum in aliam [diem] Domini Capitulares ob brevitatem temporis transtulerunt.

[570] s. 865. *Recapitulatio decretorum partialium capitulorum*. In tractu recapitulationis decretorum capitulorum partialium a capitulo generali Festi Immac. Conceptionis BVM anni 1725 ad hocce tēpus Festorum Pentecostes peractorum Domini Capitulares ad decretum reinductionis ilris Witkowski<sup>264</sup> ad canonicatum Łowiciensem pervenerunt — — Reliqua decreta partialium capitulorum in toto approbantur.

[571] s. 866. *Cruces argenteae*. Cruces argenteae rmis dnis Praesidentibus Tribunalis Regni commodatae: 1-ma ilmo dno Lipski procancellario

<sup>260</sup> Not. kap. W. Piaggia — jak przyp. 212.

<sup>261</sup> Nowy, zasobniejszy Bank Pobożny (Mons Pietatis) ufundował w Łowiczu w 1720 r. arcybp St. Szembek.

<sup>262</sup> Prał. H. Wysocki — jak przyp. 115.

<sup>263</sup> Kan. A. Rolicz Owsiany — jak przyp. 129.

<sup>264</sup> Ks. M. Witkowski — jak przyp. 172 i 254.

Regni <sup>265</sup>, altera rmo Wysocki custodi Gnesnensi <sup>266</sup>, ut quamprimum ad Aerarium et ecclesiam restituantur, perilris Procurator <sup>267</sup> in praefato negotio litteras ad eosdem rmos dominos scribet.

[572] s. 866. *De mutuacione rerum ecclesiasticarum*. Conformando se antiquis decretis, et praecipue statuto de non mutuacione rerum ecclesiasticarum, [Domini] nunc quoque statuerunt et perenniter observari volunt, ne quisquam audeat tam dominorum praelatorum vel canonicorum, quam etiam cleri, in obsequio huius ecclesiae exsistentis, de rebus ecclesiasticis inuturare sub poena arbitraria a Venerabili Capitulo in contra agentem ferenda.

D. 2 Octobris, in capitulo partiali extraordinario:

[573] s. 871—872. *Conflagratio civitatis Łowicz et aedium ecclesiasticarum [30 Septembris]*.

D. 5 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[574] s. 873. *Provideatur securitas ecclesiae*. Quandoquidem post nuperam grandem Civitatis conflagrationem nova quotidie in eadem Civitate conspiciunt incendia, et signanter die hesternum circa horam 8-vam vespertinum aliquot denuo flamma consumpsit domos. Proinde, ne repentinum aliquod (quod Deus avertat) in ecclesia et eius turres ab igne veniat periculum, decernit praesens Ven. Capitulum, quatenus perilris Procurator subditis villae Strzelczew <sup>268</sup> serio inculcet et demandet, ut ad custodiendam ecclesiam et eius turres per sex vigiles pro excubiis nocturnis cum securibus et instrumentis ad aquam portandam ordinent et mittant sub poenis gravibus a p. Procuratore in negligentes et pro tempore ferendis. Ut autem aqua prius sit, ad ecclesiam vasa maiora, alias przykadki, in coemeterium comportentur, similiter et ad fenestras turrium. Et ibidem, aqua infusa, impleta, maneant et conserventur. Fenestrae turrium bene obserantur et occludantur, ut omnem impetum ventorum et ignis sustinere possint. Argentum, si quod adhuc in ecclesiae altaribus reperitur, collocatum cum alio argento in Loco Capitulari, iam alias locato, asservetur et ponatur.

D. 8—11 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[575] s. 876. *Exornatio ecclesiae*. Ecclesia instante flammae calamitate de decore suo, praecipue ex argenteria altaria, denudata, ut nunc pro Festis imminentibus Natalis Christi exornentur, committitur perilri Procuratori.

[576] s. 876. *Inventarium rerum et librorum ecclesiasticorum*. Ad confrontationem inventarii rerum ecclesiasticorum, tum etiam Bibliothecae et reliquae supellectilis ecclesiae deputantur perilres Krajewski <sup>269</sup> et Cyboni <sup>270</sup> canonici.

[577] s. 876. *Sacristianus*. Moneat servitores ecclesiae, et praecipue sacellum, ut diligentiam habeat sacrarii <sup>1</sup>, et praesertim ubi domini praelati et canonici se ad Divina solent exornare.

<sup>1</sup> sacelli akta.

<sup>265</sup> Podkanclerzy Lipski — jak przyp. 244.

<sup>266</sup> Prat. H. Wysocki — jak przyp. 115.

<sup>267</sup> Kan. A. Rolicz Owsiany — jak przyp. 129.

<sup>268</sup> Strzelczew wieś — jak przyp. 20.

<sup>269</sup> Kan. J. Krajewski — jak przyp. 230.

<sup>270</sup> Stanisław Cyboni poch. włoskiego, m.in. kanonik łowicki w l. 1724—1740.

[578] s. 876. *Cruces argenteae*. Cruces argenteae, commodatae rmis Praesidentibus Tribunalis Regni, sunt repositae et redditae, prout per illis Procurator retulit.

[579] s. 877. *Litterae ad Cels. Principem ratione litterarum ad Dominos Torunenses*<sup>271</sup> et ratione rndi Notarii. Litterae ad Celsissimum Principem<sup>272</sup> capitulariter scribendas Domini Capitulares censuerunt postulando, ut dignetur — — Necnon recommendando merita rndi Notarii nostri Capituli<sup>273</sup>, et praesertim grassante igne singularem eius activitatem. Cuius opera residuae domus canonicales liberae et intactae ab igne permanserunt. Ut dignetur eundem quamprimum gremialis coetus canonicorum annumerare.

## 1727

Dieb. 3 Iunii — 20 Iulii, in capitulo generali Pentecostes:

[580] s. 882. *Lectio statutorum et approbatio partialium capitulorum*. Post lectionem statutorum capitularium, ad recapitulationem capitulorum partialium Domini processerunt. Qua peracta recapitulatione, decreta capitulorum partialium approbaverunt et iis robur generalis capituli addiderunt, et praecipue ratione Montis Pietatis.

[581] s. 887. *Inventarium ecclesiae*. Ad conscribendum et verificandum inventarium rerum ecclesiasticarum, videlicet apparatus, librorum et totius suppellectilis ecclesiae deputantur per ilres Krajewski<sup>274</sup> et Cyboni<sup>275</sup>.

## KSIĘGA DZIESIĄTA

### OPIS

Skrócony tytuł nadany (przeze mnie, tu) — **Liber X: Acta actorum Venerabilis Capituli Insignis Collegiatae Łoviciensis 1727—1746.**

Księga nie posiada tytułu, który przypuszczalnie miał być umieszczony na 1 k. ochr. A może nie zamierzano go redagować, albowiem od str. 1 kontynuuje się tu akta kapituły gen. Pentecostes, z której sprawozdanie zaczęto pisać na końcu poprzedniej księgi.

W opracowanym na przeł. XVIII/XIX w. przez notariusza Śladeckiego<sup>1</sup> spisie zawartości tej jednostki aktowej posiada ona następujący nagłówek: Index decretorum capitularium Insignis Collegiatae Łoviciensis libri septimi, a die 1 Iulii anni 1727 (s. 110).

Sygnatury:

Not. Śladeckiego umieszczona na 1 k. ochr. wysoko: Liber Actorum 7<sup>mus</sup>. Dla niego była to rzeczywiście siódma z kolei zachowana (realna) jednostka. Na s. 1, w lewym górnym rogu, dodał on: [liber] 7<sup>mus</sup>.

<sup>271</sup> Magistrat Toruński.

<sup>272</sup> Arcybiskup Potocki — jak przyp. 229.

<sup>273</sup> Not. kap. W. Piaggia — jak przyp. 212.

<sup>274</sup> Kan. J. Krajewski — jak przyp. 230.

<sup>275</sup> Kan. St. Cyboni — jak przyp. 270.

<sup>1</sup> Piotr Śladecki, m.in. notariusz kapituły w latach 1796—1809.

Sygn. późniejsza, z przeł. XIX/XX stulecia, idealna, znajdująca się na tejże k. ochr. w górnym prawym rogu: A. 1. 9 [powinno być: 10].

Sygn. aktual. (moja, tutaj): AKŁ, ks. ideal. 10, real. 6.

Sygn. mikr. Ośrodka ABMK: 3522.

Księga in folio, stron 586, język łaciński i rzadko polski. Oprawa współcz. w skórę. Stan zachowania dobry. Ze str. 533 przeskok na s. 544, ze s. 549 na 560.

## WYPISY

### Anni 1727 continuatio

Die 18 Iulii, contin. capituli generalis Pentecostes:

[582] str. 2. *Crux accommodatur*. Rmo archidiacono, Tribunalis Regni praesidenti<sup>2</sup> crux accommodatur argentea. Pro qua seorsivum scriptum ab eodem praesidente scriptum intercedet.

D. 27 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[583] s. 10. *Litterae innotescentiales in ordine ad visitationem*. In praesenti capitulo productum est publicum edictum celmi et rmi principis Theodori Potocki Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopi Gnesnensis — manu eius propria in Arce Łoviciensis die 26 mensis Septembris anno praesenti subscriptum et sigillo maiori communitum, in ordine ad peragendam visitationem [generalem] huius Ecclesiae Collegiatae Łoviciensis. Quod publicum edictum in capitulo lectum Dominis Capitularibus, valvis Loci Capitularis affigere decreverunt, cunctaque omnia pro eadem visitatione facienda, quod cui ex munere sui incumbit praeparare, praecommisserunt.

D. 8—10 Decembris, in capitulo generali Immac. Conceptionis BMV:

[584] s. 13. *Approbatio capitulorum partialium*. Capitulorum a generali capitulo Pentecosten anni praesentis 1727 ad modernum capitulum omnium partialium decreta approbantur et in suo robore conservantur.

[585] s. 15. *Postulatum rev. Notarii*. Habendo respectum residentiae notarii<sup>3</sup>, post conflagrationem sumptu eiusdem restauratae, eidem triginta sex florenos dandos Ven. Capitulum decrevit.

### 1728

D. 24 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[586] s. 18. *Petitum PP. Scholar. Piarum*. Comparens personaliter adm. rev. pater Paulus a S. Andrea rector Scholarum Piarum expostulavit, vigore testamenti olim perilris Matthaevi Witkowski canonici Łoviciensis, deputationem canonicorum ad extraditionem **librorum** certorum per praefatum p. Witkowski Collegio suo Łoviciensis legatorum. Et perilres Domini Canonici deputaverunt ad praefatam librorum extraditionem pp. Antonium Owsiany et Stanislaum Cyboni canonicos.

D. 13 Martii, in capitulo partiali ordinario:

<sup>2</sup> Maciej Aleksander Soltyk h. włas., m.in. prał. archid. łowicki w l. 1725—1728, biskup.

<sup>3</sup> Wojciech Piaggia, w dc. not. kap.

[587] s. 23. *Visitatio celmi Principis imminet*. Praefixa visitationis dies per celmum ac rmum Principem — — facienda Ecclesiae huius Collegiatae Łowiciensis, videlicet dies sexta Aprilis, ut quantocitius nonnullis innotescere possit Dominis Capitularibus non longe a Łowicio commorantibus, committitur rev. notario, quatenus ad eosdem capitulares dirigat litteras. Ut autem omnia sint parata et suo ordine disposita pro receptione eiusdem celmi Principis ad ecclesiam et visitationem, admo- neatur rev. sacristianus<sup>4</sup> Collegia similiter Vicariorum, Rorantistarum et Psalteristarum, [ut] iura et privilegia sua praeparent celmo Principi producenda.

D. 20 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[588] s. 26. *Postulatum PP. Dominicanorum*. Cupientes Patres Ordinis S. Dominici imagines Sanctarum Agnetis et Columbae, non adeo pridem canonizatarum Virginum, sollemniter in urbem et suam ecclesiam crastina die recipere, postulaverunt in praesenti capitulo, ut processionem ab hac Ecclesia Collegiata possint instituere et eidem in personis suis Domini Capitulares velint assistere, atque nonnullas res ad exornationem ecclesiae, tum etiam portae triumphalis **mutuare**. Quorum petitioni annuit Ven. Capitulum, offerendo se assistere eidem processioni et ornamenta, videlicet obicia, dywany et alia iuxta certum regestrum mutuare.

D. 24 Maii, itidem in capitulo gen. Pentecostes:

[589] s. 27—28. *Receptio Celsissimi Principis in ordine ad visitationem*.

D. 2 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[590] s. 44. *Workowe et dzwonne*. Ad percipiendum calculum a rev. **sacristiano** workowego et dzwonnego deputantur periles Krawjewski et Cyboni [canonici]. Quo recepto, in desiderio suo idem rndus sacristianus, ratione debiti a perili olim Proszewski [canonici] pro missis ad maius altare absolutis, contentabitur.

[591] s. 44—45. *Crux accommodanda*. [s. 45] Ilmus ac rmus Trzeciński [decanus] praesidens Tribunalis Regni Petricoviam pro inchoatione iudiciorum tribunalitiorum proficiscens, petiit sibi crucem argenteam, huius Ecclesiae Collegiatae propriam, accommodari. Cuius petitioni Ven. Capitulum satisfaciendo praefatam crucem accomodandam decrevit.

D. 8—9 Decembris. Capitulum generale Conceptionis, s. 45—46. D. 30—31 Dec. Continuatio gen. cap. Conc., s. 46—49:

[592] wklejka pom. s. 46 i 47. *Reassumptio gen. cap. Conceptionis: Dispositio et determinatio arearum [post conflagrationem civitatis a. 1726]*.

[593] s. 48. *Decretum reformationis inserendum*<sup>5</sup>.

## 1729

D. 8 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[594] s. 50—51. *Installatio periliris Piaggia*<sup>6</sup>.

<sup>4</sup> Stefan Stomiński, w dc. zakrystian kolegiaty.

<sup>5</sup> Wpisano go dopiero pod r. 1736 (s. 184—188). Do naszego tematu nie ma w nim niczego.

<sup>6</sup> Wojciech Piaggia, dotychczas. not. kap. i kan. hon. oraz prepoz. par. Główny, mian. 2 stycz. 1729 r. kan. grem.

D. 7 Iunii — 4 Iulii, in capitulo generali Pentecostes:

[595] s. 54. *Sepulcra*. Abhinc civitatenses non humandi in sepulcris archiepiscopalibus<sup>7</sup>, serio rev. **sacristiano** inhibet Ven. Capitulum.

[596] s. 56 (11 Iunii). *Plenipotentes ad causam rmi Custodis*. Rmus custos<sup>8</sup> de recuperatione sui stalli et praecedentiae querulatus est contra rmm archidiaconum<sup>9</sup>. Ad procedendum vero in hac causa cum eodem rmo archidiacono suos veros et legitimos in plenipotentes periles et adm. rndos Ioannem Krajewski, Stanislaum Cyboni et Ludovicum Trwaliński [canonicos] eligit, inscribit et ordinat.

[597] s. 57 (14 Iunii). *Organa*. Reparatio organi, quoniam indiget magno sumptu et massa capitularis exigua adpraesens est, proinde, ut eorundem reparatio quantocius effectuari possit, deputantur ad suplicandum Celsissimo Principi — — ut dignetur dare facultatem oppignorandi **argenteriam** ecclesiasticam, in reparationem praefatorum organorum convertendam, et postea quamprimum restituendam; videlicet deputantur rmus Działyński<sup>10</sup> et Trwaliński.

[598] s. 57. *Dzwonne et workowe*. Rev. **sacristianus** calculum *w o r k o w e g o i d z w o n n e g o* reddat perilri procuratori.

[599] s. 58 (18 Iunii). *Gratia Ven. Capituli Notario*. Ut alacriorem Venerabile Capitulum habeat rev. notarium<sup>11</sup> ad sua obsequia, dantur ei decimae ex bonis Płyćwia et Święte<sup>12</sup>.

[600] s. 58 (4 Iulii). *Reassumptio capituli generalis*.

D. 8 Decembris — 3 Ianuarii a. 1730, in capitulo generali Conceptionis:

[601] s. 63 (2 Ianuarii). *Revisio Sacrarum*. Ad revisionem Sacrarum deputantur periles et rndi dni Antonius Owsiany, Adamus Zajączkowski canonici. Insuper committitur iisdem dominis, ut bonum ordinem faciant.

[602] s. 63. *Dolium vini [ad Sacristiam]*. Quoniam a Celsissimo Principe est declaratum et, ut ad effectum declaratio deducatur, committitur alicui ex perilribus et adm. rndis canonicis, ad Aulam exsistentibus, commemoratio illius.

## 1730

D. 30 Maii — 3 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[603] s. 68. *Locus tertiae dignitatis*. Perilris et rmus Custos<sup>13</sup> sibi reservat locum tertiae dignitatis.

[604] s. 68. *Apparatus a Celmo Principe oblatum*. Quoniam Celmi Principis gratia vix non incessanter in nonnullis pro ornamento Ecclesiae Collegiatae apparentiis et apparatibus confluere non desinet, Domini Capitulares non solum pro praeteritis, sed etiam pro praesenti apparatu co-

<sup>7</sup> Przypuszcz. chodziło o miejsca na cmentarzu grzebalnym.

<sup>8</sup> Jan Wilhelm Robertson dr ob. prawa, m.in. prał. kustosz łow. w l. 1719—1753.

<sup>9</sup> Łukasz Wielowiejski h. Poraj, biskup tyt. Cambisopolitanus, prał. archid. łow. w l. 1728—1742.

<sup>10</sup> Aleksander Działyński h. Ogończyk, dr ob. prawa, m.in. prał. prepoz. łow. w l. 1723—1739, biskup.

<sup>11</sup> Ks. Włoszkiewicz, przelotny not. kap., z którego nie była ona zadowolona.

<sup>12</sup> Płyćwia wieś w par. Godzianów; Święte w. na terenie par. Maków.

<sup>13</sup> Jak przyp. 8.

loris albi deputarunt de gremio sui pro agendis gratiis Celmo Principi perilrem et rnum dnum Robertson custodem cum perilri Antonio Owsiany canonico.

[605] s. 69. *Revisio Sacrarui*. Pro revisione Sacrarui et apparamentorum deputantur perilres dni Antonius Owsiany et Adamus Zajączkowski [canonicus].

D. 5 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[606] s. 73. *Particula reliquiae S. Nicolai Epi donatur*. In praesenti capitulo perilris et rmus Alexander Działyński canonicus Gnesnensis, praepositus Łoviciensis, praesentis capituli praesidens obtulit et dono dedit huic Ecclesiae Collegiatae particulam reliquiae Sancti Nicolai Episcopi, **patroni** huius ecclesiae, argento obvolutam cum authenticis litteris, ex Urbe exportatam. Pro qua Venerabile Capitulum gratias egit et eandem Celmo Principi — in ordine ad admissionem eiusdem, ut publice exponi populo possit, perilrem Trwaliński [canonicum] deputavit.

D. 5 Octobris, in capitulo partiali extraordinario:

[607] s. 76. *Vinum acetosum*. Residuitas vini acetosi, non valens ad usum Missae Sacrificii, distribuatur inter praesentes.

D. 8—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[608] s. 79. *Loca vacua*. Datur facultas partiali capitulo loca decretis capituli generalis Pentecosten, in actis Capituli per ilrem **notarium** non inducta, inducendi et ad tenorem, prout decise erat in dicto capitulo, describendi.

### 1731

D. 2 Ianuarii, in capitulo partiali extraordinario:

[609] s. 82. *Rev. Notarius resignat notariatum*. Comparens personaliter ilris et adm. rndus Włoszkiewicz<sup>14</sup> secretarius Capituli gratias egit Dominis Capitularibus pro officio et omnem notariatus hactenus a se tento, unaque altaria ad idem pertinentia resignavit postulando, ut sibi concernens a perilri procuratore per duo quartualia retentum reddatur. Et Perillustres Domini attento eo, quia rndo Ściborowicz<sup>15</sup>, qui duobus quartualibus absolvebat Missae Sacrificia pro dno notario, debentur plus quam quinquaginta floreni, tum quod acta stante notariatu eiusdem dni Włoszkiewicz non sunt connotata et ad mundum descripta, tum quod punctatori<sup>16</sup> consolatio aliqua debeat dari, qui hocce tempore pro dno notario connotabat praesentias; adeoque centum florenos eidem ilri notario dandos censuerunt, reliquum rndo Ściborowicz et huic, qui describet ad mundum acta, cedit.

D. 13 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[610] s. 83. *Notarius Capituli*. Quoniam Venerabile Capitulum deliberat super subiecto promovendo ad secretariatum Ven. Capituli, ne tantisper obligationes, quae sunt annexae officio notariatus, videlicet missa una ad Altare Sacratissimi Corporis<sup>17</sup>, altera ad Altare Sanctae Crucis<sup>18</sup>

<sup>14</sup> Por. przyp. 11.

<sup>15</sup> Tomasz Ściborowicz kapłan kolegiaty.

<sup>16</sup> Not; Włoszkiewicz nie był punktatozem.

<sup>17</sup> Ołtarz Bożego Ciała w kolegiacie, objaśniany wyżej.

<sup>18</sup> Ołtarz Świętego Krzyża, powyżej objaśniany.

quavis septimana absolvendae, ideo perilris procurator aliquem presbyterum substituat, ut praefatas obligationes absolvat.

D. 16 Ianuarii, in capitulo partiali extraordinario:

[611] s. 85. *Suscipitur Notarius Capituli*. Ad officium secretariatus sui Perillustres et Reverendissimi Domini suprascripti unanimi voto susceperunt adm. rev. Stanislaum Drzewiecki vicepraepositum Ecclesiae Collegiatae Łowiciensis, curatum Bednariensem<sup>19</sup>, incorporando eidem altaria SS. Corporis Christi, alterum S. Crucis, ut obligationibus praefactorum altarium satisfaciatur, praevio solito salario. Qui supradictus adm. rndus electus secretarius iuramentum corporale super servandis secretis capitularibus praestabit et installatus erit<sup>a</sup> per perilres dnos Adalbertum Piaggia et Adamum Zajączkowski canonicos.

D. 15—18 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[612] s. 89. *Cappalia*. Ad tenorem statutorum Venerabilis Capituli nostri perilri procuratori perillustres domini, qui necdum persolverunt cappalia, solvant, modernum capitulum decrevit.

[613] s. 90 (17 Maii). *Negotium cum dna Jaszczewska*. Requirit perilris dnos procurator dominam Jaszczewska<sup>20</sup>, post pie defunctum maritum suum cantorem huius Ecclesiae Collegiatae de manuscriptis musicalibus, quae sunt connotata in registro.

## 1732

D. 15 Septembris, in capitulo partiali extraordinario:

[614] s. 112. *Particula Ligni Vitae*. Ortus est ex certis rationibus scrupulus ratio[ne] particulae Ligni Vitae, acsi aliquo casu, ab immemorabili tempore, eadem particula Ligni Vitae ex hierotheca argentea deaurata, an<sup>b</sup> in conservandum praeparata, deperisset? Proinde ad amovendum scrupulum visum est Dominis Capitularibus rnum dnum Suffraganeum<sup>21</sup>, postquam redierit, postulare, ut recepta licentia ilmi dni Locordinarii, eandem hierothecam revideat et particulam Ligni Vitae (si quae inclusa reperitur) reseret, perrequirat. Interea acta annorum superiorum relegantur, si quid de eodem Ligno Vitae non informabunt, et maxime, si fuerit authenticum?

[615] s. 112. *Crux accommodatur*. Ilmus dnos suffraganeus Culmensis, praepositus Gnesnensis<sup>22</sup> petiit in praesenti capitulo crucem aliquam argenteam huius Ecclesiae Collegiatae sibi Petricoviam pro iudiciis generalibus accommodari. Huius Domini Capitulares annuerunt atque unam crucem, praevio ab eodem assecurationis scripto in ordine ad eandem reddendam post feliciter finita iudicia, accommodare decreverunt.

D. 22 Septembris, in capitulo partiali extraordinario:

[616] s. 113. *Revisio Sacristiae*. Ex casu, quo in hac Ecclesia Collegiata per incuriam rev. sacristiani<sup>23</sup> nunc est deperditum turibularium,

<sup>a</sup> est akta.

<sup>b</sup> ad akta.

<sup>19</sup> Ks. Stanisław Drzewiecki, nowy notariusz kapituty.

<sup>20</sup> Jaszczewska wdowa po kantorze kolegiaty.

<sup>21</sup> Józef Michał Trzciniński h. Rawicz, dr ob. prawa, m.in. prał. dziekan łow. w l. 1719—1738, biskup.

<sup>22</sup> Maciej A. Soltyk — jak przyp. 2.

<sup>23</sup> Ks. Stefan Słomiński — jak przyp. 4.

inante navicula, ideo deputantur ad conscribendum huius ecclesiae suppellectilem periles dni Adalbertus Piaggia et Adamus Zajączkowski canonici. Et praefatum rndum sacristianum moneant, ut habeat meliorem atque diligentiore attendentiam Sacristiae, faciatque quotidie superiori praelato vel canonico ex praesentibus, in absentia perilris procuratoris, de argenteria ecclesiastica relationem. Et quoniam ex pura et supina negligentia rev. sacristiani hoc damnum factum est, licetsi in hoc capitulo ob illius negligentiam esset amovendus, tamen praesens capitulum paterne cum illo procedendo, ad futurum generale capitulum hanc amotionem ob spem correctionis distulit. Vigore autem inantece-denti facti decreti generalis capituli ex accidentibus<sup>c</sup> ecclesiasticis omnino faciat calculationem.

D. 19 Octobris, in capitulo partiali extraordinario:

[617] s. 114. *Turibularium*. Ad combinationem in solutionem a turibulario deputantur periles dni Antonius Owsiany, Stanislaus Cyboni, Adalbertus Piaggia et Adamus Zajączkowski canonici. Pro qua iuxta combinationem solutione debent persolvere adm. rndus sacristianus et vicesacristianus atque ministri ecclesiae, id est świątnicy, qui protunc in servitio ecclesiae fuerunt, ex quo per illorum incuriam factum est hoc damnum.

D. 8—10 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[618] s. 116 (10 Decembris). *Inventarium ecclesiasticum*. Committitur iisdem dominis, qui sunt per partiale capitulum deputati, inchoata revisio ut quam citius perficiatur.

[619] s. 116. *Turibularium*. Retulit perilris Piaggia procurator, quod turibularium novum, iuxta mentem et dispositionem Venerabilis Capituli, iusserit conficere ponderis<sup>24</sup>.

[620] s. 116. *Sacristianus*. Reassumitur decretum simul et approbatur partialis capituli sub die 22 Septembris contra rev. sacristianum factum et committitur perilri procuratori hocce decretum ad executionem deducere, una et calculum cum ipso facere.

### 1733

D. 31 Martii, in capitulo [partiali] extraordinario:

[621] s. 120. *Vasa Ecclesiae Meaetropolitanae*. Ad requisitionem perilris rmi procuratoris Gnesnensis<sup>25</sup> Ven. praesens Capitulum vasa stannea extradi mandavit, quae Gnesna p. m. ilmus Mdzewski suffraganeus Gnesnensis<sup>26</sup> huc Łowicium attulit, salva repetitione minorum vasorum, similiter stanneorum, priorum Ecclesiae huius Collegiatae Łowiciensis.

D. 26—30 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[622] s. 121 (27 Maii). *Medietas Sacellani*. Praesens capitulum decrevit medietatem b a r w y detruncare sacellano pro turibulario deperdito ob incuriam illius.

[623] s. 122. *Crux canonicalis*. Perilris dnus procurator curabit reparationem praefatae crucis ex massa capitulari.

<sup>c</sup> accidentiis akta.

<sup>24</sup> Zdanie urwane.

<sup>25</sup> Prokurator kapituły metropolitalnej.

<sup>26</sup> Stefan Antonin Mdzewski h. Dołęga, m.in. prał. archid. łow. w l. 1703—1716

[624] s. 122. *Inventarium ecclesiasticum et Bibliothecae*. Reassumitur decretum inante latum, et deputantur ad conficiendum inventarium ecclesiasticum simul et Bibliothecae perilres dni Krajewski et Piaggia [canonici].

[625] s. 123 (29 Maii). *Sacristianus*. Auctoritate praesentis capituli commissum perilri dno procuratori faciendi calculum ex accidentibus<sup>d</sup> ecclesiasticis cum rndo sacristiano.

D. 8 Decembris — 18 Ianuarii a. 1734, in capitulo generali Conceptionis:

[626] s. 129 (18 Ianuarii). *Inventarium ecclesiasticum*. Partiali capitulo datur facultas facere inventarium cum. rev. sacristiano.

### 1734

D. 15—22 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[627] s. 132 (19 Iunii). *Decima in Płyćwia et Świąte*. Venerabile Capitulum, volendo allacriorem sibi reddere ad obsequia ilrem **notarium**, eidem decimam post villas Płyćwia et Świąte<sup>27</sup>, ad Ven. Capitulum spectantes, donat.

D. 3 Augusti, in capitulo [partiali] extraordinario:

[628] s. 135. *Residentia pro ilri Notario*. Praesens capitulum pro extruenda residentia rndi notarii ducentos florenos ex massa capitulari extradendos dno procuratori mandavit.

D. 8—11 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[629] s. 136 (11 Dec.). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Lectis statutis, more solito, praesens capitulum ad recapitulationem praeteriti generalis capituli et partialium accessit.

### 1735

D. 31 Maii — 3 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[630] s. 140. *Lectio statutorum et recapitulatio*. Lectis statutis Domini Capitulares ad normam eorundem ulteriora tractanda in praesenti capitulo decreverunt.

[631] s. 141 (1 Iunii). *De testamentis*. Statuta et privilegia de testamentis approbandis per Capitulum post fata Dominorum reserantur, tractatus vero commodiori tempore relinquitur.

D. 8—20 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[632] s. 152 (10 Dec.). *Turnus*. Praesens Ven. Capitulum decrevit, quatenus dnus **notarius** Capituli conscribat regestrum dominorum praelatorum et canonicorum tam dignitatis, quam senii in tabella.

[633] s. 155 (19 Dec.). *Decreta bina pro parte perilris Zajączkowski*. Compertum est ex actis capitularibus, qualiter ilris secretarius decreta bina generalis unum, aliud partialis capitulorum, favore perilris Zajączkowski<sup>28</sup> lata, ad protocollum actorum non induxerit. Extractum tamen eorum pro dicto perilri canonico, sigillo Capituli communitum et manu sua subscriptum, in uno folio extradiderit, notariumque exinde suspicio-

<sup>d</sup> accidentiis akta.

<sup>27</sup> Por. przyp. 12.

<sup>28</sup> Adam Zajączkowski h. Zaręba? m.in. kan. łow. w l. 1729—1770.

nis alicuius traxit. Sed quoniam in praesenti capitulo generali ex se plenarium fecit excusationem, quod eadem decreta non in protocollo, sed in chartis manibus peritrium Dominorum correcta sibi data, in multitudine actorum occultata fuisse, moderno in capitulo repererit. Proinde Venerabile Capitulum, inculcata maiori diligentia illi secretario, liberum ab omni suspitione pronuntiavit. Eadem tamen decreta in acta moderni capituli generalis, ut inducat, demandavit. Et quidem primum prius inducat, post inductionem illius, secundo titulum faciet talem: Decreti secundi sequitur tenor talis. Insertis taliter ambobus, ilmus suffraganeus Gnesnensis, decanus, praesidens protunc capituli manu sua, cum duobus peritribus canonicis ex senio, actum praesentem cum duobus decretis suprascriptis subscribet, praesentis decreti vigore.

## 1736

D. 22 Maii — 2 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[634] s. 159. *Recapitulatio decretorum*. Capitulum a generali capitulo Conceptionis anni praeteriti 1735-ti ad modernum capitulum omnia partialia decreta approbantur et in suo robore conservantur.

[635] s. 161 (23 Maii). *Reliquiae S. Victoriae*. Supplicandum censuit praesens generale capitulum Celmo Principi, quatenus deputet aliquem ad obsigillandas reliquias Sanctae Victoriae<sup>29</sup>. Et deputavit in hoc negotio peritres rmos dnos Ioannem Krajewski et Antonium Krobanowski [canonicos].

[636] s. 161 (24 Maii). *Psalteristae*. Quoniam Collegium Psalteristarum<sup>30</sup> obligationibus suis non satisfacit, proinde ad videndam erectionem et obligationes eorundem deputantur peritres dni Adalbertus Piaggia et Stanislaus Tarnowski [canonici], ad referendum Venerabili Capitulo.

[637] s. 162. *Rorantia*. Post fata rev. Stephani **Śłomiński**<sup>31</sup> confertur rndo Matthiae Dąbrowski beneficium rorantiae, et ad quem de iure instituetur.

[638] s. 162. *Vicecustos*. Venerabile Capitulum attentis meritis circa Ecclesiam Collegiatam rev. Pauli Tworkowski vicarii Eccl. Coll. Łowiciensis<sup>32</sup>, tum perpensa mente peritris dni Custodis, qui ad vacantem vicecustodiam eidem rndo Tworkowski claves ab ecclesia, Sacristia et Aerario tradidit, eundem circa vicecustodiam et vicariatum conservandum decrevit, praevia submissione, ut utrique officio satisfaciat.

[639] s. 164. *Inventarium ecclesiae*. Ad conscribendam argenteriam seu totam supellectilem ecclesiasticam deputantur peritres dni Antonius Owsiany et Stanislaus Cyboni [canonici], et hoc negotium stante moderno capitulo generali expediant.

[640] s. 165 (25 Maii). *Anniversaria*. Ad conscribenda, ordinanda et, quae non sunt in tabula connotata, connotanda anniversaria deputantur peritres dni Adalbertus Piaggia, Stanislaus Tarnowski [canonici] et no-

<sup>29</sup> O św. Wiktorii objaśniano wyżej.

<sup>30</sup> Kol. Psalterzystów erygowane w 1609 r.

<sup>31</sup> Zmarł rorantysta (i zakrystian) ks. **Śłomiński**.

<sup>32</sup> Donosząc o nowym wicekustosz (i zakrystianie) ks. Tworkowskim, nawet nie wspomniano o **Śłomińskim**.

**tarius** Capituli. Quae anniversaria pro futuro capitulo generali habeant parata.

[641] s. 177 (29 Maii). *Inscriptiones bonorum*. Circa revisionem iurium capitularium compertum, quod non omnes inscriptiones bonorum et reliqui actus, qui circa inscriptiones peragi solent, in librum inscriptionum Venerabilis Capituli ingrossati sunt. Proinde easdem inscriptiones **ilris notarius**, et alia documenta ad easdem inscriptiones necessaria, quamprimum in dictum librum inducet et, ut sigillis suorum castrorum et correctis muniantur, curabit.

D. 6 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[642] s. 199. *Cruz argentea*. Ad postulationem nuper ilmi dni Iosephi Trzeński suffraganei Gnesnensis, decani Łoviciensis, praesidentis Tribunalis Regni Petricoviae factam, quatenus Venerabile Capitulum velit ipsi crucem argenteam Węzykavianam cum pastoralis atque pontificali commodare<sup>e</sup>, in quam commodationem crucis, pastoralis et pontificalis Ven. Capitulum consensit.

D. 8—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[643] s. 204—205 (12 Dec.). *Inventarium ecclesiae*. Ad conscribendum et verificandum inventarium rerumque ecclesiasticorum, videlicet argenteriae, apparatus, librorum totiusque supellectilis ecclesiasticae deputantur perilres dni Stanislaus Cyboni et Ludovicus Trwaliński [canonici], obligando eosdem [s. 205] perilres dnos deputatos, ut quantocius hoc negotium expediant.

[644] s. 209 (13 Dec.). *Imago Cels. Principis*. Perilri dno procuratori<sup>33</sup> committitur, quatenus imaginem Celsissimi Principis domini nostri ac benefactoris clementissimi ornate depictam et in Capitulari collocandam curet.

D. 22 Decembris, in capitulo partiali ordinario:

[645] s. 211. *Reliquiae S. Victoriae*. Perilris et rmus dnus [Antonius] Krobanowski decanus et officialis Gnesnensis, canonicus Łoviciensis, ex capitulo generali praeterito ad Celmum Principem dominum clementissimum pro obtinenda licentia ad obsigillationem et conscribendas reliquias Sanctae Victoriae deputatus retulit, quod eundem rmum Krobanowski Sua Celsitudo Primatialis deputavit. Et praesens Ven. Capitulum ad hocce negotium perilrem et rmum dnum Christophorum Dobiński custodem Gnesnensem, canonicum Łoviciensem associavit.

## 1737

D. 11 Iunii — 6 Iulii, in capitulo generali Pentecostes:

[646] s. 223 (12 Iunii). *Recapitulatio*. Facta recapitulatione omnium capitulorum partialium a tempore generalis capituli Conceptionis celebratorum, ultiores tractatus praesens Ven. Capitulum limitavit ad diem crastinam.

[647] s. 224 (13 Iunii). *Inventarium ecclesiae*. Praeteriti Conceptionis generalis capituli decretum reassumitur et iidem perilres domini ad faciendum praefatum inventarium, scilicet p. Cyboni et Trwaliński, deputantur.

<sup>e</sup> Lekcja prawdopodobna.

<sup>33</sup> Wojciech Piaggia — jak przyp. 6.

D. 8—10 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[648] s. 242 (9 Dec.). *Inventarium ecclesiae*. Perilres domini, qui in praeterito capitulo generali Pentecosten anni praesentis fuerunt, iidem perillustres et in moderno ad conscribendum inventarium ecclesiasticum deputantur, scilicet p. dni Stanislaus Cyboni et Ludovicus Trwaliński.

[649] s. 245 (10 Dec.). *Capitula partialia*. Secundum statuta capitularia et antiquam praxim praesens generale capitulum decernit nunc et in posterum, ut quolibet die sabbativo hebdomadae festo non impedito fiant capitula partialia. In quibus capitulis dnus protunc Praesidens capituli aut primus ex senio, perlectas prius quotidianas praesentias, simul et anniversaria, subscribet.

[650] s. 246. *Anniversaria*. Multoties perilribus dnis Capitularibus oriuntur dubia, quod anniversaria indebito ordine currunt. Ideo praesens capitulum ad ea revidenda, simul componenda et bene septimanatim per annum in annum ordinanda, deputat perilres dnos Antonium Owsiany, Ludovicum Trwaliński et Adalbertum Piaggia [canonicos], unius absentia non obstante.

### 1738

D. 11 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[651] s. 249. *Apparatus ecclesiasticus*. Perilri dno [Ludovico] Trwaliński apparatus ecclesiastici destructi committitur reparatio, pro qua reparatione a p. procuratore competentem pecuniam habebit.

D. 25 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[652] s. 250. *Hypocaustum penes rndum Sacristianum*. Pro conservatione in posterum rerum derelictarum, vulgo kolossy, ex funere p. m. ilmi suffraganei Gnesnensis, decani Łoviciensis<sup>34</sup>, tum etiam et aliarum pro commodo ecclesiae inservientium, hypocaustum penes residentiam, in secunda condignatione, rndi vicecustodis Venerabile Capitulum disposuit; lana<sup>†</sup> vero p. m. ilmi Suffraganei ad tempus ibidem conservetur.

D. 27 Maii — 17 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[653] s. 257 (29 Maii). *Inventarium ecclesiasticum*. Ad conscribendum ecclesiasticum inventarium deputantur perilres dni Antonius Owsiany et Ludovicus Trwaliński [canonici], cum relatione peracti inventarii pro futuro capitulo generali Conceptionis.

[654] s. 277 (14 Iunii). *Aurum ecclesiasticum*. In reparationem apparatus ecclesiastici perilri dno Trwaliński, ex materiis argento tectis et vetustate destructis, venditio argenti conflati committitur.

[655] s. 279 (17 Iunii). *Declaratio perilris Piaggia*. Quoniam immutatione temporum immutatae sunt transactiones capitulares ratione originalium summarum, proinde ut secundum modernum statum annotentur et describantur ad tenorem **inventarii summarum** per perilrem p. m. Alexandrum Proszewski Uniejoviensem archidiaconum, Lanciensem Łoviciensem canonicum<sup>35</sup> et in similem formam redigantur, Venerabile Capitulum p. dnum Adalbertum Piaggia, uti gnarum praefatorum nego-

<sup>†</sup> lasca akta.

<sup>34</sup> Józef Michał Trzeciński — jak przyp. 21.

<sup>35</sup> Aleksander Proszewski kan. łow. w l. 1693—1727.

tiorum, obligavit. Quam obligationem sponte et libere acceptavit et eadem obligationi pro futuro capitulo generali Pentecosten in anno sequenti 1739 satisfacturum se declaravit.

[656] s. 279. *Obligatio perilris futuri Procuratoris*. Ut exactius res currant capitulares et Venerabile Capitulum evidentiore notitiam habere possit debitorum, ex anteactis annis calamitosis contractorum, videlicet quod domini capitulares, tum minorem clerum ac omnes circa ecclesias inservientes pro suis deservitis concernit; tum etiam, si quid pro interesse Capituli apud mercatores, uti pro cera, vino et aliis necessitatibus debetur. Id totum diligentissime conscribatur et per futurum procuratorem<sup>36</sup> in capitulo proximo ante vel post festum Assumptionis Beatissimae in Caelum porrigatur.

[657] s. 280. *Armarium*. In praesenti capitulo Confraternitas Sancti Ioannis Nepomuceni<sup>37</sup> perilribus dnis praesentibus supplicavit, quatenus Venerabile Capitulum velit exsistens armarium in camera sub turri a parte meridionali pro conservatione rerum supra praetactae confraternitatis designare. Et Ven. Capitulum exauditis postulatis annuit, tamen supra praetacta camera sit semper sub clavi rndi **vicecustodis**.

[658] s. 281. *Bibliotheca*. Ad conscribendum Bibliothecae seu librorum exsistentium in conservatorio seorsivo inventarium, alias regestrum, deputantur perilres dni Antonius Owsiany et Stanislaus Cyboni [canonici], cum relatione suae deputationis pro futuro, Deo dante, generali capitulo Conceptionis in hoc anno incidente.

D. 21 Iunii, in capitulo partiali ordinario:

[659] s. 284. *Vota Altaris S. Annae*. Votorum argenteorum Altaris Sanctae Annae<sup>38</sup> renovatio permittitur rndo Ioanni Dziewierski. Ad cuius argenteriae ponderationem et connotandum valoris et ponderis dictorum votorum deputatur ilris **notarius**. Qua connotata argenteria, in registro eam porriget et in generali registro Ecclesiae Collegiatae eam inscribet.

D. 3 Iulii, in capitulo partiali extraordinario:

[660] s. 286. *Apparatus a magco dno Trzeciński*. Post fata p. m. ilmi dni Iosephi Trzeciński suffraganei Gnesnensis, decani Łowiciensis magcus dnus Felicianus Trzeciński pocillator Ravensis apparatus relictum albi coloris cum stola, manipulari, bursa, palla atque cingulo sericeo rubri coloris dono Ecclesiae Collegiatae Łowiciensi obtulit, eundemque statim per ilrem Drzewiecki notarium Capituli ad Sacristiam reddidit.

D. 8—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[661] s. 295 (9 Dec.). *Recapitulatio*. Ex ratione, quod imminet devotio pro anima p. m. celmi principis Theodori Potocki primatis Regni, die hesterna Varsavia conducti, in hac Ecclesia Collegiata Łowiciensi depositi: cui devotionis, vi obligationis pro multis beneficiis huic Capitulo per Celissimum supractatum praestitis, Perillustres Domini interesse tenentur; facta solum recapitulatione, ex eaque nonnullis ad tractandum connotatis, praesens capitulum ad diem crastinam limitarunt.

[662] s. 296—297 (10 Dec.). *Inventarium ecclesiae*. Retulerunt peril-

<sup>36</sup> Właśnie prokuratorem wybrano ponownie kan. Piaggia.

<sup>37</sup> Ołtarz Św. Jana Nepomucena eryg. w r. 1736, a Bractwo w 1737.

<sup>38</sup> Kaplica i Ołtarz Św. Aanny fundowane ok. 1638 r.

res dni deputati, quod revisionem totius supelectilis ecclesiae fecerunt, inventarium conscripserunt et secundum antierius regestrum omnem argenteriam adinvenerunt [s. 297] et noviter accendentem argenteriam, nondum connotatam, connotandam per se declararunt.

[663] s. 297. *Imagines*. Reparationem imaginum, in Minori Choro in parietibus pendentium, ad futurum generale praesens capitulum remittit.

[664] s. 302 (12 Dec.). *Declaratio perilris Piaggia*. Quoad **conscribendum** summarum originalium decretum praeteriti generalis capituli Pentecosten latum reassumitur.

[665] s. 302. *Bibliotheca*. In praesenti capitulo compertum est, quod perilres dni Owsiany et Cyboni nondum suae deputationis functionem ratione revisionis librorum in seorsivo conservatorio depositorum perfecterunt. Innovatur praeteriti generalis capituli Pentecosten decretum obligando perilres supratactos dominos, quatenus hoc negotium indilate perficiant.

### 1739

D. 19 Maii — 12 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[666] s. 306. *Lectio statutorum et recapitulatio*. Lectis statutis capitularibus, tum quoque facta recapitulatione et ex iisdem connotatis nonnullis tractandis ad capitulationem generalis capituli Conceptionis, tum etiam partialium capitulorum [Domini] processerunt.

[667] s. 309 (21 Maii). *Litterae scribendae Romam*. Vigore privilegii in libro erectionum existentis, ratione approbationis per Venerabile Capitulum testamentorum et dispositionis faciendae intestatorum post defunctos praelatos et canonicos Loviciensis, ad scribendas litteras Romam deputatur perilris dnus Krajewski<sup>39</sup>, ut possit super supratacto privilegio procurare beneplacitum apostolicum.

[668] s. 310. *Vinum pro Sacristia*. In hodierno capitulo praesentes Domini Capitulares expostularunt cum rmo dno Bratkowski<sup>40</sup> brevi proficiscente Gedanum, quatenus pro necessitate et commoditate Sacristiae velit conducere Gedano vinum. Et rmus supratactus dominus suam facilitatem in hoc puncto declaravit. Pro quo conducendo et locando vino celarium in archidiaconia Domini Capitulares assignarunt. Dispositionem autem istius vini perilri futuro procuratori<sup>41</sup> praesens capitulum commisit.

[669] s. 310. *Imagines in Choro Minori*. Reparationem imaginum in Minori Choro, super stallis in parietibus pendentium, praesens generale capitulum rndo vicecustodi<sup>42</sup> demandavit.

[670] s. 312 (25 Maii). *Inventarium ecclesiasticum*. Sicuti in praeterito generali capitulo Conceptionis perilres domini ad conscribendum inventarium ecclesiasticae argenteriae deputati relationem fecerunt, quod non tantum secundum antierius inventarium, immo et augmentum

<sup>39</sup> Jan Krajewski h. Jasieńczyk, dr ob. prawa, m.in. kan. łow. w l. 1724—1742.

<sup>40</sup> Józef Bratkowski h. Przegonia, m.in. kan. łow. w l. 1737—1745.

<sup>41</sup> Paweł Kosicki dr ob. prawa, m.in. kan. łow. w l. 1736—1761, prał. dziek. 1762—1778.

<sup>42</sup> Ks. Paweł Tworowski — jak przyp. 32.

eiusdem adinvenerunt, hanc solam et in moderno capitulo comprobant, quod de novo confectum manibus propriis subscripserunt.

[671] s. 312. *Altare SS. Custodum*. Ad extradendam **argenteriam**, seu potius vota ex Archivo Venerabilis Capituli Altare Sanctorum Custodum<sup>43</sup> concernentia, rndo promotori eiusdem altaris deputatur per ilris Trwaliński [canonicus]. Quibus receptis votis et in praesentia supratracti p. deputati praeponderatis, in exornationem imaginis S. Angeli Custodis tenebit rev. promotor, uti se in supplicatorio ad Ven. Capitulum scripto submitit, vestem per aurifabrum comparare.

[672] s. 313 *Sebum ex Arce Łowiciensi*. Vigore erectionis Venerabile Capitulum ilmos dnos p. m. celmi principis archieppi Gnesnensis Theodori Potocki exsecutores requisivit, quo superstite supratacto Celsissimo per aliquot annos ad Ecclesiam Collegiatam pertinens sebum retentum fuit. Vidente ilmi exsecutores authentico in erectione documento, perlectis in libro rationum probationibus, quod in antecessum pro sebo de anno in annum Ven. Capitulum fuit in exsolutione pecuniaria, excusando defectum Thesauri, compensando reale debitum, peristromata coloris cerulei et flavi partes quinquaginta, vulgo b r e t ó w, ad ecclesiam reddiderunt et applicarunt.

[673] s. 315. *Declaratio perilris Piaggia*. Quoniam p. dnos Piaggia declarationi suae nondum satisfecit in conscribendis summis originalibus ad tenorem **inventarii** summarum per perilrem p. m. Alexandrum Proszewski archidiaconum Uniejoviensem, Lanciensem Łowiciensem canonicum, reassumitur decretum in hoc negotio sub tempus generalis capituli Pentecosten anni 1738 die 17 [Iunii] latum, quatenus hoc opus pro futuro generali capitulo Conceptionis dignetur ad effectum deducere.

[674] s. 315. *Bibliotheca*. Praeteriti generalis capituli Conceptionis decretum reassumitur, et iidem perilres domini inante deputati ad conscribendum inventarium librorum Bibliothecae Capitularis deputantur, videlicet Owsiany et Piaggia [canonici].

D. 12 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[675] s. 325. *Visitatio generalis*. Quoniam ex innotescentialibus per celmum et ilmum dnum Principem Primatem Regni<sup>44</sup> etc., uti lociordinarium huius Ecclesiae Collegatae die 15 mensis currentis imminet generalis visitationis terminus, ideo, prout obloquitur Caeremoniale ecclesiasticum, ad suscipiendum eundem Celsissimum per praesens capitulum, cum sermone salutario in ingressu ecclesiae, deputatur perilris Piaggia.

D. 12 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[676] s. 327—328. *Praeparatoria pro futura generali visitatione*. In praesenti capitulo ex mente celmi Principis domini clementissimi per rnum custodem<sup>45</sup> repositum, quatenus Venerabile Capitulum pro futura generali visitatione tempestive habeat omnia, quae spectant ad visitationem documenta. Ad quem effectum e medio sui Domini Capitulares perilres dnos Krajewski et Kosicki deputarunt. Qui perilres dni deputati omnium fundorum, foundationum, curiarum, quae sunt reaedi-

<sup>43</sup> Oltarz Aniołów Stróżów z poł. XVII w., objaśniany wyżej.

<sup>44</sup> Krzysztof Antoni Szembek h. włas., m.in. arcybp gnieźn. w l. 1739—1748.

<sup>45</sup> Prał. kust. Robertson — jak przyp. 8.

ficatae sive reparatae aut desolatae, cuius sumptu et cura vel negligentia inventarium conscribere tenebuntur, tum villas ad praelatures et canonicatus pertinentes visitent. Collegia autem omnia et [s. 328] altaristas perilris procurator moneat, ut sua documenta erectionum, foundationum, inscriptionum, obligationum ac residentiarum disintincte, ordinate habeant. Quam deputationem stante actuali revisione perillrium domini cum praesentia capitulari praesens capitulum decrevit<sup>46</sup>.

D. 8—14 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[677] s. 329 (9 Dec.). *Recapitulatio et lectio statutorum*. Facta recapitulatione tam generalis capituli, quam partialium, et approbatis per praesens generale partialibus, perlectis more antiquo statutis et nonnullis ex iisdem ad tractandum connotatis, Perillustres Domini ulterius processerunt.

[678] s. 335 (12 Dec.). *Imagines in Choro Minori*. Siquidem cooperatione perilris moderni procuratoris reparatio imaginum iam est effectuada, solum ad has desunt tendicula lignea, vulgo r a m y, ob quorum carentiam non possunt esse appensae in parietibus. Ideo recommendatur eidem procuratori, quatenus hoc negotium ad opus perfectum et sua activitate dignetur deducere.

[679] s. 335. *Approbatio testamentorum, sebum ex Arce, candelabra oppignorata*. Celmo Principi dno clementissimo Venerabile Capitulum per rmm custodem supplicandum esse censuit, et primo ratione per Ven. Capitulum approbationis testamentorum post defunctos praelatos et canonicos Łowicienses testatos sive intestatos, uti inanteecessum fuit. Secundo ratione sebi ex Arce Łowiciensis in rem ecclesiae provenientis. Tertio ratione dispensationis super provisione a summa, pro qua per Ven. Capitulum candelabra argentea in Monte Pietatis sunt oppignorata. Et rmmus custos, conscribendis per rndum notarium punctis et ad manus habendis, hoc negotium libenter in personam suam favore Ven. Capituli assumpsit.

[680] s. 337 (14 Dec.). *Stannum in Sacristia*. Repertum, quod a multis annis in Sacristia repositum erat stannum per quem ignotum. Ex quo per incuriam (quia non fuit registratum) aliqua ablata sunt orbicula, vulgo m i s y. Proinde ad investigandum eorum deputatur perilris procurator. Qui perillustis curabit eiusdem stanni registrationem et praeponderationem. Expletis his convertendum esse praesens capitulum in candelabra ecclesiae censuit.

[681] s. 337. *Investigatio effractionis carbonae et aliorum*. Ex relatione perilris procuratoris praesenti capitulo patuit, quod aliquis ex malevolis hominibus in ecclesia effractionem carbonae fecit et alia ad furtum possibilia signa reliquit. Proinde obviando aliquo subsecuturo periculo, ratione furti in ecclesia, ad investigandum serio huius nefandi criminis deputantur perilres dni Zajączkowski et Kosicki [canonici].

[682] s. 338. *Świątnicy*. In praesenti capitulo reposuit perilris dnus procurator, quod ex subditis villae Strzelczew<sup>47</sup>, qui sunt ex antiquo ad obeunda obsequia Ecclesiae Collegiatae dispositi et determinati, nullam habet commoditatem nesciens etiam, quis illis et ad quos usus disponit.

<sup>46</sup> Po wizytacji tej nie ma akt ani dekretu reform.

<sup>47</sup> Strzelczew wieś w par. kolegiackiej.

Et supponitur, quod ad labores pernecessarios advocatiae Strzelczeviensis illos perilris oconomus convertit, et hoc est in rem Capituli. Proinde committitur perilri dno procuratori, quatenus in locum praefatorum subditorum alios sibi bene visos duos famulos suscipiat, et ex massa capitulari eisdem competentem mercedem persolvat.

[683] s. 339. *Registratio documentorum*. Ne in posterum fiat aliqua difficultas in rebus ecclesiae et Capitulo eveniat damnum, perilri dno procuratori committitur, quatenus omnia et singula documenta capitularia transactionum, inscriptionum, compositionum etc. ordine quam optimo in registro conscribat.

### 1740

D. 28 Martii, in capitulo partiali extraordinario:

[684] s. 346—348. *Fundatio Psalteristarum*<sup>48</sup>.

D. 7 Iunii<sup>g</sup> — 5 Iulii, in capitulo generali Pentecostes:

[685] s. 353 (8 Iunii). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Perlectis statutis et facta recapitulatione, nonnullis ex iisdem ad tractandum connotatis, Perillustres Domini ulterius processerunt.

[686] s. 357 (11 Iunii). *Inventarium ecclesiae*. Ad conscribendam auctionem argenteriae et aliarum rerum, [quae] post peractam inante revisionem et manibus perilrium deputatorum subscriptionem accesserunt, deputantur iidem p. domini, scilicet Owsiany et Trwaliński [canonici], cum relatione pro futuro, Deo dante, generali capitulo Conceptionis.

[687] s. 359 (17 Iunii). *Libri praesentiarum et anniversariorum*. Ad verificanda pro retroactis annis deservita tam praesentiarum, quam anniversariorum deputantur perilres dni Custos et Zajączkowski.

[688] s. 361 (18 Iunii). *Petitum ilris Secretarii*. Praesens capitulum decrevit, quatenus perilris procurator deservita rndo notario pro anteactis annis, tam pro missis, quam etiam pro obsequiis eius ac consolationes in toto exsolvat.

[689] s. 362. *Petitum Sacristae*. Sacrista similiter remittitur ad supraspecificatos perilres dnos procuratores.

[690] s. 365 (27 Iunii). *Pulsus campanae maioris*. Ratione pulsus maioris campanae pro mortuis anteriora decreta reassumuntur, et sine scitu perilris procuratoris numquam rndus **vicecustos** audeat pulsum facere.

[691] s. 365. *Ordinario devotionum in ecclesia [Sacristia]*. Repertum est, quod adm. rndi dni vicarii, psalteristae, rorantistae et altaristae habent suas seorsivas et a Venerabili Capitulo independentes fundationes et praecipue anniversaria, videlicet ex censibus a provisionalibus summis hic in Civitate locatis, et absolute nil contribuunt pro vino, cera et apparatu ad massam capitularem. Et Perilres Domini Capitulares videntes per hoc diminutionem massae communis, perilri dno procuratori hoc negotium committuntur, quatenus illos conveniat, dispositionem earundem fundationum faciat, ne frustratur exinde massa capitularis.

[692] s. 367 (5 Iulii). *Defuncti superviventia*. Siquidem per inadver-

<sup>g</sup> Maii błęd. akta.

<sup>48</sup> W tym obcy m dla tematu wpisie potwierdzono (na s. 346) fakt odbycia tejże wizytacji przez Szembeka.

tentiam ilris **notarii** factum est, quod, iuxta praxim et consuetudinem omnium capitulorum in Regno, refectiones quotidianas et anniversaria post obitum perilris Cyboni canonici et confratris <sup>49</sup> in libris non connotavit, praesens capitulum decrevit, quatenus statim inchoante semestre, scilicet dominica quarta post Pentecosten, per quattuor septimanas in personam p. m. supratacti perilris Cyboni tam praesentiarum, quam anniversariorum connotationem faciat dnus notarius.

D. 8—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[693] s. 371. *Lectio statutorum, recapitulatio ac limitatio*. Lectis statutis factaque recapitulatione, et nonnullis ex iisdem ad tractandum connotatis, ad diem crastinam Perilres Domini Capitulares praesens capitulum limitarunt.

[694] s. 372 (9 Dec.). *Inventarium ecclesiae*. Ad conscribendum inventarium ecclesiae et auctionem faciens in ea deputantur perilres dni Trwaliński et Tarnowski [canonici].

[695] s. 373. *Domus canonicales*. Ex occasione accensae fuliginis per ignem, quod per incuriam patrisfamilias caminus non fuit expurgatus, ad revisionem omnium curiarum tam praelatorum, quam canonicorum deputantur perilres dni Zajączkowski et Kosicki [canonici].

## 1741

D. 23 Maii — 7 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[696] s. 382 (24 Maii). *Recapitulatio*. Facta praeteritorum tam generalis, quam partialium capitulorum recapitulatione, connotatis nonnullis ad tractandum, peracta partialium approbatione, ulterius Perillustres Domini praesentes processerunt.

[697] s. 383 (25 Maii). *Sacellanus*. Quoties acciderit sacellano <sup>50</sup> in Altari Maiori et Corporis [Christi] candelas accendere, ut superpelliceatus incedat, nomine Capituli per rndum notarium serio moneatur.

[698] s. 387 (29 Maii). *Summae originales*. Decernitur in praesenti capitulo, ut summae originales omnes, in bonis terrestribus haerentes, pretiis adcitationibus haeredum et possessorum ad iudicia competentia pro exsolvendis iisdem; et quamprimum colligantur, in depositorio capitulari reponantur ad ulteriorem dispositionem Capituli. Cuius dispositionis relinquitur generalis vigor partiali capitulo.

[699] s. 387. *Fabrica ecclesiae*. Futuro perilri procuratori <sup>51</sup> committitur, quatenus pro dealbanda ecclesia in Monte Pietatis aut alibi **candelabra** ecclesiastica argentea in summa centum imperialium oppignoret.

[700] s. 387 (31 Maii). *Altare Crucis*. Perilri dno Ludovico Trwaliński canonico commendatur, quatenus dignetur curam perficiendae argenteae tabulaturae ad Altare S. Crucis, ex ecclesiastico **argento**, praeponderato per spectabilem Gruszewicz consulem et aurifabrum in praesentia eiusdem p. Trwaliński, cuius argenti exstant septuagintae marcae et unciae septem.

<sup>49</sup> Stanisław Cyboni, m.in. kan. łow. w l. 1724—1740.

<sup>50</sup> Kurowski świecki pomocnik ks. zakrystiana. Zob. nr 702.

<sup>51</sup> Prokuratorem zostat ponownie kan. Kosicki.

[701] s. 390 (3 Iunii). *Posta*. Perilri dno procuratori committitur, quatenus cum dno Lipski postmagistro<sup>51a</sup> ratione **correspondentiae** per postam de pretio conveniat.

[702] s. 390. *Sacellanus*. In augmentum anterioris salarii sacellano Kurowski decernit praesens capitulum per perilrem procuratorem ex massa communi quolibet quartuali annuatim decem florenos dandos.

D. 1 Iulii, in capitulo partiali hebdomadali:

[703] s. 396. *Locus Capitularis*. Ex casu noviter emergenti et rationibus capitulariter decisis, praesens capitulum statuit atque rudo notario commisit, quatenus sumptu Capituli mensam rotundam ad Capitulare ac ad fores clausuram ferream procurat. A quo Capitulari claves aut clavis semper apud dnum procuratorem aut rev. notarium permaneat, et nemini ex aliis personis concedatur.

D. 5 Augusti, in capitulo partiali hebdomadali:

[704] s. 398. *Stemma Celmi Principis*. Committitur dno Kielczewski<sup>52</sup> dispositio picturae stemmatis Celsissimi Principis domini clementissimi in Ecclesia Collegiata.

D. 16 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[705] s. 400. *Revisio curiarum canonicalium*. Ad revisionem curiarum canonicalium, tum caminorum deputantur perilris dnos procurator et **notarius** Capituli.

D. 8—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[706] s. 402. *Lectio statutorum et recapitulatio*. De praxi antiqua vigore statutorum et consuetudine, perlectis statutis factaque recapitulatione et ex iisdem nonnullis ad tractandum connotatis, Perillustres Domini ulterius processerunt.

[707] s. 406 (12 Dec.). *Altare Crucis*. Perilri dno Trwaliński faciendae tabulaturae ad Altare S. Crucis committitur attendentio.

[708] s. 409 (13 Dec.). *Vigor*. Ratione **publicandi** decreti visitationis<sup>53</sup> et negotiorum, si quae proponuntur a Celsissimo Principe, vigor praesentis generalis capituli partiali immediato relinquitur.

## 1742

D. 15—31 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[709] s. 417 (16 Maii). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Perlectis statutis factaque recapitulatione praxi antiqua et consuetudine, connotatis ex illis nonnullis ad tractandum in praesenti capitulo Perillustres Domini Capitulares ulterius processerunt.

[710] s. 417. *Approbatio capitulorum partialium*. Decreta post capitulum generale Conceptionis, in partialibus capitulis statuta, praesenti capitulo generali Pentecosten approbantur et in omnibus punctis [ac] clausulis conservantur.

[711] s. 418. *Decreta reformationis*. Observando antiquam praxim et consuetudinem Perilres Domini Capitulares statuerunt et decreverunt,

<sup>51a</sup> Bernard Antoni Lipski h. Grabie, sekretarz i poczmistrz królewski, burmistrz m. Łowicza.

<sup>52</sup> Dominik Kielczewski h. Pomian, dr teol., m.in. kan. łow. w l. 1740—1742, prał. archid. 1742—1743, prał. prepoz. 1743—1776, także biskup.

<sup>53</sup> Dekret reform. Szembeka, jeżeli był, nie został w tych aktach opublikowany.

quatenus post perlecta statuta et factam recapitulationem, in omnibus in posterum capitulis generalibus per rñdum **notarium** statim legenda sint decreta reformationum.

[712] s. 420 (19 Maii). *Anniversarium pro Fratribus*. An mentem statuti capitularis Perilres Domini Capitulares in praesenti capitulo statuerunt, quatenus in conclusione capituli generalis pro Fratribus Capitularibus anniversarium trium nocturnorum fiat.

[713] s. 420. *Altare in Festo Corporis Christi*. Commendatur rñdo **vicecustodi**, quatenus curam altaris in Festo Corporis Christi ipsemet cum ministris ecclesiae curam exornationis habeat, et nemini ex Civitate peristromata accomodet, nisi prius altari capitulari, postea vicario-rum, et quid supererit, ad Civitatem accomodet.

[714] s. 421 (21 Maii). *Approbatio testamentorum*. Ad **conscribenda** puncta ratione approbationis per Venerabile Capitulum testamentorum deputantur perilres dni Piaggia et Kosicki canonici.

[715] s. 433 (30 Maii). *Oblatum perilris Trwaliński*. Ex devotione et affectu erga Altare S. Crucis in Ecclesia Collegiata, intrando in ecclesiam a parte sinistra sito, pro solutione aurifabro pro **tabulatura** elaborato, obtulit p. Trwaliński quindecim hungaricales. Pro hac gratia praestita Perilres Domini praesentes, praevia gratiarum actione eidem p. Trwaliński, acceptarunt. Residuitatem vero solutionis aurifabro ex deservitis p. m. perilris Krajewski [canonici] sescentos assignarunt a supratacta tabulatura.

D. 23 Iulii, in capitulo partiali hebdomadali:

[716] s. 442. *Acta servanda*. Decernunt Perillustres Domini in praesenti capitulo, ut acta in Archivo Capituli abhinc serventur<sup>54</sup>.

D. 8—14 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[717] s. 447. *Lectio statutorum et recapitulatio, atque approbatio capitulorum partialium*. Lectis statutis, tum decretis reformationum, factaque recapitulatione tum generalis capituli praeteriti, quam partialium Perillustres Domini decreto praesenti approbarunt omnia decreta partialium capitulorum, et his peractis ulterius processerunt.

[718] s. 450 (11 Dec.). *Revisio bonorum*. Quoad revisionem omnium bonorum Capituli, vigore praesentis generalis capituli, partiali relinquitur ante futurum generale capitulum Pentecosten.

## 1743

D. 4—22 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[719] s. 461. *Lectio statutorum et approbatio partialium capitulorum*. Lectis statutis atque decretis reformationum, factaque recapitulatione tam generalis praeteriti, quam partialium, Perillustres Domini praesentes decreto praesenti omnia capitula partialia approbarunt. His peractis et nonnullis ex iisdem ad tractandum connotatis, ulterius processerunt.

[720] s. 463 (6 Iunii). *Acta capitularia*. Recommendatur ilri notario, quatenus abhinc nullum instrumentum ex actis capitularibus sine debita aringa praesentiae perillustrium protunc capitularium, sigillo capitulari et subscriptione ilris notarii manu propria extradatur.

<sup>54</sup> *Niezrozumiale. Chyba miano na myśli akta nowsze.*

[721] s. 464 (7 Iunii). *Cappalia et iucundus ingressus*. Ad tenorem puncti in statutis de cappaliis et iucundo ingressu praesens capitulum decernit, [ut] qui necdum in his supratactis satisfecerunt, circa solutionem praesentiarum futuro perilri procuratori satisfaciant.

[722] s. 465 (10 Iunii). *Bibliotheca*. Ad revisionem Bibliothecae et conscribendos libros in regestrum numerice assignantur ilres Stanislaus Drzewiecki secretarius Capituli et Aloysius Dąbrowski concionator substitutus huius ecclesiae.

[723] s. 467 (19 Iunii). *Ilmi suffr. Gnesn., decani Łow. oblatum*. Ilmus dnus Christophorus Dobiński episcopus Serrensis, suffraganeus Gnesnensis, decanus Łowiciensis<sup>55</sup>, amore huius ecclesiae et Capituli, obtulit dono ad Altare Corporis [Christi] tapetem, vulgo dywan, pro usu vero perillustrium dominorum capitularium in Loco Capitulari sedilia novem. Et Perilres Dni Capitulares pro praestito beneficio huic ecclesiae et Capitulo summas gratias egerunt eidem ilmo dno episcopo.

[724] s. 471 (22 Iunii). *Anniversaria reducenda*. Perillustres Domini attento eo, quod anniversaria nonnulla nullum fructum importent Rmo Capitulo ac quod rndis vicariis pro iisdem solvitur, decreverunt, ut pro reductione eorundem recursio fiat ad Sanctam Sedem Apostolicam. Pro eiusdem vero negotii effectu assignant aureos decem mittendos perilri Szczepański<sup>56</sup>.

D. 17 Augusti in capitulo partiali hebdomadali ordinario:

[725] s. 475—477. *Protestatur perilris Custos*. Protestatio p. dni Robertson custodis in parata scheda ad praesentia acta porrecta. Cuius copiam ex actis praesens capitulum perilri dno custodi per rndum notarium capitularem extradendum permisit, similiter et aliorum capitulorum inante actorum documentorum.

In solito actu capitulari, quod cadit de more et consuetudine in diem hodiernam decimam septimam Augusti anno currenti 1743, constitutus personaliter Gulielmus Robertson IUD, archidiaconus primus cathedralis Posnaniensis, Metropolitanus Gnesnensis senior canonicus, tum Łowiciensis custos ex antiquo possessus principalis. Occurrendo cuivis praeiudicio iurium suorum custodiaeque suae Łowiciensis, in et coram eodem officio ac actis praesentibus sollemniter, sollemnius ac sollemnissime protestatus est in et contra perilrem rndum dnum Dominicum Kielczewski STD, canonicum cathedralem Vladislaviensem, anno praeterito installatum archidiaconum Łowiciensem, praepositum Volboriensem, Caesarum Curiae Archiepiscopalis Gnesnensis generalem auditorem et iudicem<sup>57</sup> idque super eo, quia ipse non ignorans, immo plene ex actis capitularibus extensisque in iisdem foundationibus ac erectionibus originalibus cuiusque praelaturae foundationis ac ditationis, tum praerogativarum uti praedecentiarum earundem ex antiquo solitarum, iuxta foundationes earundem. Signanter constituto eidem de praerogativa custodiae in Insigni Collegiata Łowicensi, tertio loco et stallo fundata, voce activa et passiva in eodem Capitulo possessa, quod uti clavi petitorii. Hoc eidem expressa authentica documenta desumpta testantur, et uti habentur et de-

<sup>55</sup> Krzysztof Michał Dobiński h. Rola, m.in. kan. łow. od r. 1725, prał. dziek. w l. 1738—1769.

<sup>56</sup> Tomasz Szczepański h. Dołęga, m.in. kan. łow. w l. 1742—1757.

<sup>57</sup> Por. przyp. 52.

ducantur ex Archivo Rmi Capituli Metropolitanī extracta et sigillata, et quidem: de anno Domini 1433 sub rmo patre et domino Jastrzębiec archieppo Gnesnensi, tum de anno 1440 sub rmo p. d. Vincentio similiter archiepiscopo, tum de anno 1521 sub rmo p. d. Ioanne de Łasko similiter archieppo Gnesnensi. Uti ex singulis documentis patet depromta, tum acta Capituli Łoviciensis ab aevo conservata et continuata edisserunt. [s. 476] Et quod cum pridem in eodem Capitulo deductum et demonstratum est, quod inquam praefata custodia ab origine et erectione sua exstat et continuo et adusque habita et reputata sit tertia dignitas et taliter vocata praelatura. Ac archidiaconatu longe prior ab annis centum quinquaginta<sup>58</sup> in dicta Ecclesia Collegiata existens. Ac taliter tam loco, quā voce custodes Łovicienses archidiaconos in ecclesia ac Capitulo dicto praecessissent et ubique archidiaconis in omni parte superiores fuissent, prout fundati et erecti sine ulla imaginabili clausula vel clausulis derogatoriis, prout tales clausulae minime reperibiles sunt ac unquam monstrari possunt. Nihilominus praepotenter nonnisi absque ullo fundamento praecedentiam talis dignitatis, iam enucleatae superius, super protestantem modernum qua custodem Łoviciensem rite ac legitime ex antiquo possessum, sibi arrogare, idque proprio nonnisi ausu, eundemque protestantem dicta praecedentia super archidiaconos ex antiquo et adhucque habita et possessa, ac per actus et connotationes capitulares in registris praesentiarum descripta, spoliare ausus est et praesumpsit. Dum cum idem custos feria sexta in vigilia Sancti Laurentii Gloriosi Martyris die 9-na mensis Augusti anno currenti 1743 Łovicium venerit, ac per rndum notarium capitularem de cadentia septimanae sequentis pro tali praelatura cadenti ordinarie informatum, eandem septimanam se suscepturum dicto notario Capituli declarasset. Eandem ipsam septimanam, attentate nonnisi et motu proprio, nullo habito super talibus consilio cum rmo praeposito<sup>59</sup> ac manentibus protunc capitularibus personis, arrogando memoratam praecedentiam, se pro officiante dictae septimanae, idque independentem a quavis resolutione Capituli, sed dumtaxat auctorizando in proprio facto, se ipsum scribi ac imponi in solita tabella, in ecclesia consistenti, atque connotari iussit ac praefatam septimanam taliter, immo nulliter, usurpavit, nec statas devotiones ac divinorum absolvit celebrationes, cum statim sequenti die Lunae, relictis reliquis septimanae diebus, Łovicio Vladislaviam, acsi pro capitulo ibidem celebrando, discesserit. Quapropter isidem praenominatus custos, tertiae [s. 477] dignitatis in eadem Ecclesia Łoviciensi continuus possessor, ratione praescriptorum iterum atque iterum de illatis sibi iniuriis ac evidenti enormi spolio, tum de attentatis quibusvis sibi et successoribus suis, quomodo illatis vel inferendis protestans, seque iure de talibus actorum offerens, conservando clarum et integrum ius dictae custodiae, idque continuum et immediate tam per se a viginti quinque annis possessionis tentum, uti per praedecessores custodes a saeculis possessum et conservatum, contra praefatum perilem modernum archidiaconum, repetitis toties protestationibus, easdem infert et innovat,

<sup>58</sup> Właściwie tylko o 89 lat, najwyżej zaś o 95.

<sup>59</sup> Aleksander Kolumna Walewski, m.in. kan. łow. w l. 1728—1740, prał. prepoz. 1740—1743.

stando nec minime ab iisdem recedendo, salvoque omnique ac salvaque. Super quibus omnibus taliter, uti expressa sunt, praemissis manum suam propriam apponit ac sigillum. Gulielmus Robertson IUD, archidiaconus Posnaniensis cathedralis, Metropolitanus senior canonicus, custos Łowickensis mp. Locus sigilli.

D. 8—14 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[726] s. 486. *Lectio statutorum, recapitulatio et approbatio capitulorum partialium*. Perlectis statutis et decretis reformationis, factaque partialium capitulorum approbatione, connotatis nonnullis ex iisdem ad tractandum, Perillustres Domini ulterius processerunt.

[727] s. 488—489 (11 Dec.). *Cappalia et iucundus ingressus*. Quandoquidem aliqui perilres domini in solutione cappalium sunt resistentes, tum perficiendo iucundo ingressu, ideo praesens generale capitulum irrevocabiler statuit, ut perillustres iam installati more solito satisfac[er]ant vigore puncti in statutis et decretorum. Ab hoc autem tempore installandi in futurum perilres domini praelati per tres ungaricales, canonici vero per duos tenebuntur statim ante peractam installationem ad manus p. procuratoris omnino enumerare decreti praesentis in perpetuum duraturi.

[728] s. 490 (13 Dec.). *Revisio argenteriae ecclesiasticae*. Ad revisionem argenteriae ecclesiasticae deputantur perilres dni Tarnowski<sup>60</sup> et Szembek<sup>61</sup>, cum relatione capitulo praesenti.

#### 1744

D. 26 Maii — 13 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[729] s. 498. *Lectio statutorum, recapitulatio ac approbatio partialium capitulorum*. Perlectis statutis et decretis reformationis, factaque tam generalis, quam partialium capitulorum recapitulatione et approbatione, connotatis ex illis nonnullis ad tractandum, Perillustres Domini ulterius processerunt.

[730] s. 498 (27 Maii). *Cappalia*. Quandoquidem anno praeterito in capitulo generali Conceptionis ratione cappalium stetit decretum, ut qui perillustres domini nondum persolverunt ad massam capitularem, in quo decreto est iniunctum omnino solvant, et adusque in hoc puncto non satisfecerunt: proinde et in praesenti consessu Perilres Domini Capitulares innovarunt et firmiter decreverunt, quatenus quilibet ex perillustrium de fundo suo hoc in negotio omnino satisfaciat decreti praesentis vigore.

[731] s. 500 (28 Maii). *Revisio argenteriae ecclesiasticae*. Ad revisionem argenteriae ecclesiasticae deputantur perilris Tarnowski [canonicus] et iliris notarius Capituli, cum relatione futuro generali capitulo Conceptionis.

[732] s. 502 (30 Maii). *Petitum perilris dni Bajer*. P. dno Bajer Tribunalis Regni vicepraesidenti<sup>62</sup>, uti confratri suo, Domini Capitulares

<sup>60</sup> Stanisław Tarnowski h. Rola, kan. łow. i prepoz. tamt. Kol. Psalterzystów w l. 1731—1756.

<sup>61</sup> Bonifacy Szembek h. włas., m.in. kan. łow. w l. 1740—1753.

<sup>62</sup> Andrzej Ignacy Bajer h. Leliwa, m.in. kan. łow. w l. 1742—1753, z czasem biskup.

accommodanda esse duxerunt **peristromata** in floribus flavi quasi violacei coloris, idque tantum Petricoviam. Quae peristromata in eodem numero, specie, finita Petricoviae sua functione, restituere sine eorundem deterioratione tenebitur. Alias iuxta seorsivum scriptum circa extraditionem praedictorum peristromatum<sup>h</sup> a rndo dno vicecustode huius ecclesiae perilris Bajer subscribendum et Venerabili Capitulo reddendum.

D. 8—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[733] s. 514. *Lectio statutorum, recapitulatio et approbatio capitulorum partialium*. Perlectis statutis et decretis reformationis, factaque tam generalis, quam partialium capitulorum recapitulatione et approbatione, connotatis ex illis nonnullis ad tractandum, Perillustres Domini praesentes limitationem conductare censuerunt.

[734] s. 515 (9 Dec.). *Argenteria ecclesiastica*. Ad conscribendum de novo inventarium totius argenteriae ecclesiasticae deputantur perilres dni Tarnowski et Szczepański [canonici] atque ilris notarius. Qui perilres domini deputati tenentur pro futuro generali capitulo Pentecosten hoc negotium expedire.

[735] s. 515. *Reparatio quattuor calicum*. Reperiuntur in hac ecclesia destructi calices. Ideo praesens capitulum reparationem eorundem commendatur et committitur perilribus dnis Tarnowski et Szczepański. Pro solutione vero a reparatione praefata, si opus fuerit, anulos aureos, qui sunt in Servatorio Capitulari, datur facultas accipiendi ex Servatorio et eisdem perilribus deputatis convertendi in satisfactionem aurimagistri.

## 1745

D. 8—19 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[736] s. 524—525. *Lectio statutorum et decretorum reformationis atque recapitulatio*. [s. 525] Perlectis statutis et decretis reformationis factaque recapitulatione, nonnullis ex iisdem ad tractandum connotatis, Perillustres Domini praesens capitulum ob imminentiā Summi Sacri et concionis ad diem crastinam, scilicet 9-nam Iunii limitarunt.

[737] s. 525 (9 Iunii). *Approbatio partialium capitulorum*. Omnia partialium capitulorum decreta perlecta Perilres Domini praesentes approbant ac approbarunt.

[738] s. 526—527 (10 Iunii). *Dispositio Sacristiarum*. Innovantes anteriora decreta, ut in meliori ordinatione rndus vicecustos, praesertim Sacristiam Praelatorum [s. 527] habeat ornationem, per se vel per vicesacristianum invigilet et faciat praelatorum et canonicorum, ac non quemlibet ex sacerdotibus ad Sacristiam supratactam admittat.

[739] s. 527 (11 Iunii). *Res ecclesiae non mutuandae*. In praesenti capitulo decernitur, ne res ecclesiae mobiles tam argenteae, quam etiam peristromata nullipiam mutuentur et concedantur. Et committitur perilri procuratori, nomine Rmi Capituli, rndum vicecustodem animadvertere, ut praesenti ordinationi exacte satisfaciāt, nullasque res ecclesiae cuiquam concedere audeat sine scitu Rmi Capituli.

<sup>h</sup> peristromatorum *akta*.

[740] s. 544 (19 Iunii). *Pocztmagister*. Dno pocztmagistro praesens capitulum pro **novellis**<sup>63</sup> assignat duos aureos, ut Venerabile Capitulum ab illo possit habere novellas ad perlegendum qualibet posta occurrente.

<sup>6</sup> D. 8—20 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[741] s. 564 (9 Dec.). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Perlectis statutis factaque recapitulatione et approbatione capitulorum partialium, et ex iisdem nonnullis ad tractandum connotatis, Perilres Domini Capitulares ad ulterius processerunt.

[742] s. 566. *Res ecclesiae non mutuandae*. Renovantur anteriora decreta de non mutuandis rebus ecclesiae et in suo robore conservantur.

[743] s. 567 (11 Dec.). *Ordo officiorum Divinorum*. Rndo **notario** Capituli committitur, quatenus perscribat eundem ordinem et ad acta capitularia praesentia valeat ingrossare.

[744] s. 567. *Duo aurei pro novellis*. Assignantur ex massa capitulari quolibet anno pro novellis duo aurei nummi, incipiendo a mense Ianuario anni 1746-ti.

### 1746

D. 31 Maii — 20 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[745] s. 574 (1 Iunii). *Lectio statutorum et recapitulatio*. More antiquo et praxi, perlectis statutis factaque recapitulatione, atque approbatis partialibus capitulis connotatisque ad tractandum nonnullis ex iisdem negotiis, Perilres Domini Capitulares ulterius processerunt.

[746] s. 580 (17 Iunii). *Calculus proventuum*. Anteriora decreta, et praecipue anni 1740 innovantur, quatenus ante capitulum generale Pentecosten calculatio tam procuratoriae, quam oeconomiae [capitularis] quatuor septimanis inchoatur et perficiatur.

[747] s. 582 (18 Iunii). *Regestra calculationum*. Decernit praesens generale capitulum, quatenus omnes calculationes procuratoriae et oeconomiae, ac omnia regestra post peractam et plene finitam calculationem perilres deputati quotannis in perpetuum et adpraesens in Archivo Capitulari reponant et conservent.

[748] s. 582. *Revisio bonorum*. Deputantur perilres dni archidiaconus<sup>64</sup> et Kosicki canonicus ad revisionem, visionem, ordinem faciendum in bonis mensae, tum familiam ordinandam, tam in Mysłaków<sup>65</sup>, quam in omnibus praediis, atque constituendum **notarium** proventualem.

[749] s. 583 (20 Iunii). *Distinctio proventuum mensae*. Ad faciendam separationem et distinctionem proventuum massae [capitularis] ab aliis proventibus et censibus foundationum tam pro anniversariis, quam aliis foundationibus, necnon ad specificationem expensarum, quae fieri debent ex massa, deputantur perilres dni Zajązkowski et Kosicki.

<sup>63</sup> Abonament prasy przez kapitułę.

<sup>64</sup> Józef Jaksa Marcinkowski h. Gryf, dr teol. lub prawa, 'm.in. prał. archid. low w l. 1743—1777.

<sup>65</sup> Mysłaków wieś w par. Bednary.

## KSIĘGA JEDENASTA

## OPIS

Skrócony tytuł nadany (przeze mnie, tu) — **Liber XI: Acta actorum Venerabilis Capituli Insignis Collegiatae Łoviciensis 1746—1761.**

Księga nie posiada tytułu, który pewnie miał być wypisany na 2 str. 1 karty ochr. A może nawet nie zamierzano go nadawać, albowiem od str. 1 tej księgi kontynuuje się wpisy z tegoż 1746 r.

W opracowanym na przeł. XVIII/XIX w. przez ks. Śladeckiego<sup>1</sup> wykazie zawartości niniejszej jednostki aktowej posiada ona następujący nagłówek: Index decretorum capitularium Insignis Collegiatae Łoviciensis libri octavi, a die 8 Decembris anni 1746 (s. 133).

Sygnatury:

Not. Śladeckiego umieszczona na 1 k. ochr. wysoko: Liber Actorum 8<sup>vus</sup>. Rzeczywiście dla niego była to ósma chronologicznie zachowana (realna) jednostka archiwalna. W lewym górnym rogu str. 1 dodał on jeszcze: 8<sup>vus</sup>.

Sygn. późniejsza, z przeł. XIX/XX w., znajdująca się na 1 k. ochr. w prawym górnym rogu, idealna: A. 1. 10 [powinno być: 11].

Sygn. aktual. (moja, tutaj): AKŁ, ks. ideal. 11, real. 7.

Sygn. mikr. Ośrodka ABMK: 3523.

Księga in folio, stron 556, język (zasadniczo) łaciński. Oprawa współcz. w skórę. Stan zachowania dobry, chociaż pismo znacznie wyblakłe. Na marginesie wielu stron oznaczenia cyfrowe indeksującego akta kan. Janickiego.

## WYPISY

## Anni 1746 continuatio

Dieb. 8—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[750] str. 2 (9 Dec.). *Lectio statutorum et recapitulatio*. More antiquo et praxi, perlectis statutis factaque recapitulatione, atque approbatis capitulis partialibus, connotatis nonnullis ad tractandum ex iisdem negotiis, Perillustres Domini ulterius processerunt.

[751] s. 4 (12 Dec.). *Mensura bonorum mensae*. Ad verificandam mensuram, vulgo ćwierć, pro consuetis consolationibus emensurata deputantur perilres dni Piaggia<sup>2</sup> et Kosicki<sup>3</sup>.

## 1747

Die 14 Ianuarii, in capitulo hebdomadali ordinario:

<sup>1</sup> Piotr Śladecki, m.in. notariusz kapituły w latach 1796—1809.

<sup>2</sup> Wojciech Piaggia, m.in. kanonik łowicki w l. 1729—1754, prałat kustosz w l. 1754—1765.

<sup>3</sup> Paweł Kosicki dr ob. prawa, m.in kan. łow. w l. 1736—1761, prał. dziekan 1762—1778.

[752] s. 5—6. *Illatum ilmi Decani*. Ilmus et rmus decanus<sup>4</sup>, providendo securitati iuris[s. 6] patronatus ecclesiae parochialis Piątkowien-sis<sup>5</sup>, quod ipse super eadem privative competit, exposuit praesenti capitulo dictum ius suum per provisionem ordinariam derecenti subsequen-tem laesum fuisse. Rmum vero Capitulum censuit, ut omnia iura ad hunc effectum servientia pro informatione colligantur.

D. 23—29 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[753] s. 9 (24 Maii). *Lectio statutorum et decretorum reformationis ac recapitulatio*. Perlectis statutis, decretis reformationis, factaque recapitulatione tam generalis, quam partialium capitulorum, connotatisque nonnullis ex iisdem ad tractandum, Perillustres Capitulares ulterius processerunt.

[754] s. 10 (25<sup>a</sup> Maii). *Ordo Archivi*. Committitur per illi procuratori<sup>6</sup> et notario Capituli<sup>7</sup>, quatenus conficiant et disponent cistas<sup>b</sup> pro conficiendis documentis ceterisque Capituli chartis. Qui etiam omnia Capituli monumenta in ordinem redigent.

[755] s. 14 (29 Maii). *Ilris Notarius resignat*. Anno et die, quibus supra, comparens coram actis praesentibus ilris Stanislaus Drzewiecki<sup>8</sup>, motus gravitate annorum aliisque suis rationibus, Revendissimo Capitulo pro officio notariatus gratias egit, necnon sponte, libere ac voluntarie altaria duo in Ecclesia Collegiata, videlicet Sanctissimi Corporis unum et Sanctae Crucis<sup>9</sup> alterum, per consuetudinem dicto notario ad pensionem ordinariam notariatus adiungi solita, omni meliori modo, stilo, forma, quibus melius potuit et debuit, in manus Capituli, liberamque eius dispositionem<sup>c</sup> resignavit, seque in actis praesentibus manu propria subscripsit: S. Drzewiecki mp.

[756] s. 15. *Electio Notarii capitularis*. Capitulum praesens, post recessum a notariatu ilris Drzewiecki, ad electionem novi notarii processit ac liberis unanimibusque votis ac suffragiis adm. rndum Ignatium Zeleński psalteristam huius ecclesiae<sup>10</sup> elegit et assumpsit, receptionem quoque eius et actorum traditionem capitulo partiali cum pleno vigore generalis capituli relinquit.

D. 17 Iunii<sup>d</sup>, in capitulo hebdomadali:

[757] s. 16—17. *Domus Notarii*. Siquidem ilris Drzewiecki domum pro notarii habitatione commodam extruxit sumptu non modico, pro qua aedificatione ducentos tantum florenos a Rmo Capitulo recepit. Ideoque circa gratiarum actionem pro notariatu liberum usum dictae domus ad

<sup>a</sup> 15 akta.

<sup>b</sup> listas akta.

<sup>c</sup> Wyraz dwukrotnie napisany.

<sup>d</sup> Iulii akta.

<sup>4</sup> Krzysztof Michał Dobiński h. Rola, m.in. kan. łow. od r. 1725, sufr. gnieźn. i prał. dziek. łow. w l. 1738—1769.

<sup>5</sup> Parafia Piątek wcielona do uposażenia dziekanii łow. na mocy jej erekcji (1433).

<sup>6</sup> Dotychczas. prokurator kan. Zajączkowski, nowy kan. Kosicki.

<sup>7</sup> Aktualny notariusz ks. Drzewiecki, nowy ks. Zeleński (pisownia własna) względnie Zeleński (pisownia innych).

<sup>8</sup> Ks. Stanisław Drzewiecki rezygnuje z notariatu kap.

<sup>9</sup> Ołtarze Bożego Ciała i Św. Krzyża objaśniane wyżej.

<sup>10</sup> Ks. Ignacy Zeleński h. Prawdzic, psalterzysta kolegiaty wybrany na nowego notariusza kap.

vitae tempora sibi praecustodivit, ac pro conservatione sui circa dictam residentiam modo praemisso supplicavit. Proinde praesens capitulum, suspensa hoc in puncto sua resolutione, peril[s. 17]lustrem Szczepański<sup>11</sup> ad componendum cum futuro notario omni meliori modo absque cuiuspiam iniuria deputavit.

[758] s. 17—18. *Receptio Notarii*. Attento recessu a notariatu ilris Drzewiecki praepositi Bednariensis, Rmum Capitulum adm. rndum Ignatium Żeleński psalteristam huius ecclesiae, in capitulo generali iam alias electum et assumptum, pro notario recipiendum esse censuit et recepit. Professionem fidei in praesenti capitulo, ad mentem Concilii Tridentini praestare necnon iuramentum in hanc formam:

Ego Ignatius Żeleński iuro, quod secreta et consilia Capituli nulli pandam neque revelabo, acta, decreta et resultata Capituli fideliter conscribam, praesentias et absentias Perillustrium Dominorum sincere et realiter connotabo absque omni respectu personarum, Archivum custodiam, omniaque munia officii mei notariali incumbentia cum omni diligentia exercebo. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta eius Evangelia.

Post cuius professionem fidei ac iuramenti super ea firmiter tenenda, praescriptisque observandis praestitionem Reverendissimum Capitulum eidem acta Capituli reddidit. Tum intuitu pensionis eidem centum florenos quolibet quartuali ex massa [capitulari] solvendos, tum medietatem omnium consolationum perillustribus dominis dari solitarum assignavit, ea tamen conditione adiecta, quatenus obligationes duarum missarum in septimana circa Altare SSmi Corporis Christi et S. Crucis<sup>12</sup> semper absolvat sub onere conscientiae. Alliciendo quoque eundem adm. rndum notarium ad obsequia Capituli, eidem decimam post villas Płyćwia et Święte<sup>13</sup> in usum suum exdecimandas destinavit destinataque decreti praesentis vigore. Hoc vero praecavet Rmum Capitulum, quatenus libros ex Archivo, documenta aliosque libros in Loco Capitulari conservandos solito nulli, etiam personae capitulari, ni recepta de restituendo et promptim reponendo submissione circa acta conservanda, concedat, ut commode deperditioni librorum, documentorum ac instrumentorum Capituli obvietur. Pro intromittendo in possessionem notarialis domus perilrem Szczepański [s. 18] destinavit. In processionibus locum primum post eorum minorem huius ecclesiae eidem adm. rndo notario assignat. Siquidem ratione stalli, notario Capituli ab antiquo debiti, resolutionem suam ex certis motivis suspendit.

D. 8—16 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[759] s. 23. *Lectio statutorum*. More et consuetudine antiqua Perillustres Domini ad lectionem statutorum processerunt. Quibus lectis, factaque recapitulatione omnium decretorum partialium capitulorum, connotatisque nonnullis ad tractanda, ad normas eorundem statutorum peragere declaraverunt.

[760] s. 28 (12 Dec.). *Domus Notarii*. Negotium ratione residentiae rndi notarii capitularis committitur partiali capitulo ad componendum cum anteacto notario.

<sup>11</sup> Tomasz Szczepański h. Dołęga, m.in. kan. łow. w l. 1742—1757.

<sup>12</sup> Jak przyp. 9.

<sup>13</sup> Por. przyp. 12 w księdze X.

[761] s. 29 (13 Dec.). *Capitula partialia*. Censuit Ven. Capitulum, quatenus ad mentem statutorum, capitula partialia qualibet septimana fiant.

[762] s. 29. *Anniversaria superrestantia*. Retulit rndus d. **notarius** Capituli ac in scripto Venerabile Capitulum informavit, qualiter tam multa anniversaria, et vel maxime antiquarum fundationum, circa declivium anni praesentis necdum sunt absoluta et restant absolvenda. Proinde Perillustres Domini, providendo tenuitati fundationum praefatorum anniversariorum, expostularunt perilem Szczepański, quatenus, adhibito sibi rndo **notario**, fundationes omnium et singulorum anniversariorum colligat ac eorum, quae in exiguis proventibus sunt fundata et quorum fundationes sunt deperditae, dignetur a S. Sede Apostolica reductionem postulare. Cui perilri domino omnes expensas pro expeditione postae in hoc negotio erogatas p. procurator ex massa Capituli refundere debebit ac pro labore suscepto debita gratia et specialis consolatio spondetur. Nunc vero adinterim dies amicorum per quattuor septimanas eidem assignantur.

[763] s. 29. *Sigillum Capituli*. Innuatur perilri procuratori, quatenus sigillum cum insigniori stemmate reimprimere iubeat.

#### 1748

D. 16 Februarii, in capitulo partiali ordinario:

[764] s. 34—35. *Ecclesia in Kurdwanów*<sup>14</sup>. Pro decore Ecclesiae Kurdwanoviensis ac pro usu et supellec[s. 35]tili eius destinantur: casulae — una miniati coloris cum columna alba, argenteis floribus adaptata; altera deterior coloris albi ex semiserico, floribus adaptata, materia cum columna rubra, *musulbosowa* dicta; cappa usu attrita rubea, antea aureis floribus fuit colorisata, materia semiserica viridi subducta. Quae ex inventario et **supellectili** Ecclesiae Collegiatae Łowiciensis a rndo vicecustode recepta, pro perpetuo usu et supellectili Ecclesiae Kurdwanoviensi per perilem procuratorem applicabuntur.

D. 16 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[765] s. 37. *Rndus Notarius deputatur*. Ad promovendum causas ratione censuum ex bonis Boryslawice, Łąkoszyn, Piaski et Sobota<sup>15</sup> in Iudiciis Officii Castrensis Lanciensi pendentes deputatur rndus notarius. Cui datur facultas decreta quaevis attentandi, a gravaminosis appellandi, census praefatos ex iisdem bonis, quam etiam ex aliis quibusvis bonis Venerabile Capitulum respicientes percipiendi, de perceptis quietandi.

D. 4—12 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[766] s. 43 (5 Iun.). *Recapitulatio*. Facta decretorum partialium capitulorum recapitulatione, illa Perillustres Domini in pleno robore haberi voluerunt.

D. 13 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[767] s. 55—56. *P. m. celmi primatis Christophori Szembek fata et legatum*. Clara quidem paterni affectus celmi p. m. primatis Christophori Antoni Szembek archieppi Gnesnensis<sup>16</sup>, pastoris amantissimi patet memoria, ut quemadmodum in vita sua singulari erga hanc ecclesiam anhe-

<sup>14</sup> Kurdwanów par. w diec. pozn. (archidiak. warsz.) inkorp. kap. łow.

<sup>15</sup> Boryslawice, Łąkoszyn, Piaski i Sobota wieś w d. woj. łęczyckim.

<sup>16</sup> K. A. Szembek h. włas. m.in. arcybp gnieźn. i prymas w ł. 1739—1748.

lebat amore, etiam mortalis sui corporis depositionem ultima sua dispositione in eadem ecclesia ordinavit. Posuit tandem vitae suae terminum sabbato die sexta mensis Iulii hora decima meridiana anni praesentis. Cuius corporis depositio in sepulcro Prażmowiano<sup>17</sup> ante Altare S. Crucis<sup>18</sup>, praemissa sollemni devotione triduana sub die decima nona, vigesima et vigesima prima mensis Augusti, est peracta. Cessit pro memoria perpetua ac decore ecclesiae, ad mentem dispositionis ultimariae eiusdem Celmi Principis: crux argentea sollemnis, quae publice pro insigni primatialis dignitate deferebatur; casulae cum omni apparatu auro contextae — una coloris albi, altera coloris violacei; item coloris rubri ex materia Persica auro adaptatae duae; coloris nigri casula una et cappa una, floribus aureis partialiter colorisatae; gremiale coloris rubri cum insigni stemmatis Szembeciani; peristromatis, alias obicia adamaszkowego, rubri coloris par[s. 56]tes quadraginta eiusdem materiae et coloris; baldachinum auro concinctum; faldistoria ad insignia primatitalia tria; genuflexorium unum; tumba quercea condecorata cincturis; infula auro consuta, rosa consignata; alba aurea circumdata corona; pannus Gallicus rubicundi coloris in quattuor cunctas stallarum partes. His itaque gratiosissime de manibus perilris rmi dni Dominici Kielczewski canonici cathedralis Vladislaviensis, Volborensis et loci praesentis praepositi<sup>19</sup> capitulique praesidentis, testamenti eiusdem p. m. Celmi Principis exsecutoris<sup>e</sup> receptis, praemissa sollemni gratiarum actione, ea omnia et singula in perpetuum inventarium huius ecclesiae Rmum Capitulum ascribere mandavit.

D. 5 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[768] s. 57. *Cruz argentea*. Ilmus rmus Christophorus Dobiński episcopus Serrensis, decanus<sup>20</sup> et praesidens capituli praesentis crucem argenteam, pro insigni primatum deferri solitam, per p. m. celmum principem Christophorum Szembek archieppum Gnesnensem huic ecclesiae donatam, accommodandam esse, praemisso vadimonio et omnimoda cautione, flagitavit. Cui expostulationi Perilres Capitulares unanimiter assensum praebuerunt.

## 1749

D. 11 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[769] s. 64. *Anniversaria*. Cum adpraesens commissio a S. Sede Apostolica in ordine ad reducenda anniversaria suis carentia censibus, uti sunt absoluta, ita et in libro anniversariorum anni immediati exstant connotata, censuit Rmum [Capitulum], ut collectionem annotatae pensionis in tabula anniversariorum rndus **notarius** non prius computet, donec aut per capitulum generale imminens, aut per supranominatam commissionem ab anniversariis, quae suum certum fundum habent, distinguantur.

<sup>e</sup> Słowo dwa razy napisane.

<sup>17</sup> Mikołaj Prażmowski h. Belina, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1666—1673.

<sup>18</sup> Por. przyp. 9.

<sup>19</sup> Dominik Kielczewski h. Pomian, dr teol., m.in. kan. łow. w l. 1740—1742, prał, archid. 1742—1743, prał. prepozyt 1743—1776, od 1760 biskup.

<sup>20</sup> Biskup i prał. dzieł. Dobiński — jak przyp. 4.

D. 27—31 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[770] s. 73 (29 Maii). *Inventarium ecclesiae*. Perilres Archidiaconus<sup>21</sup> et Bajer<sup>22</sup> inventarium supellectilis ecclesiasticae verificabunt, quod vero noviter accessit, ad inventarium praemissum ascribent.

[771] s. 73. *Archivum*. Considerato, quod cum magno detrimento ac signabili iniuria iurium Capituli noscitur, quo casu libri actorum duo deperierunt, pro quorum deperditione longis ab annis in annis subsequentibus exstant querimonia, ac etiam non pridem elapso tempore liber erectionum ac alter inscriptionum originalium authenticarum non sine motu vix adinventi sunt. Obviando itaque similibus iniuriis ac damnis capitulum praesens statuit perpetuoque statuere vult, ne ex Archivo libri praemissi authentici sine consensu Capituli efferantur, sed documenta opportuna ex eisdem ad affectationem sub sigillo Capituli desumantur.

[772] s. 74. *Sebum ex Arce Łoviciensis et scamma*. Iuxta decretum partialis capituli pro cura et sollicitudine circa vindicationem aureorum quadraginta ex Arce Łoviciensis perceptorum, tum et alterius summae aureorum viginti pro reparatione ab exsecutoribus p. m. Celmi Principis enumeratae Rmum Capitulum perilri procuratori condignam ascribit gratitudinem.

[773] s. 77—78 (30 Maii). *Pannum ad velanda altaria*. Succurrendo exigentiae et decori ecclesiarum S. Leonardi [s. 78] ac parochialis Kurwanoviensis, pannum vile, alias pólkie rze, ad velanda altaria, pro exsequiis Celmi immediati Principis comparatum, perilris procurator<sup>23</sup> proportionaliter extradet et applicabit.

D. 30 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[774] s. 82—83. *Oblatum perilris Węzyk*. P. rmus Valentinus Węzyk Ecclesiae Metropolitanae custos, cathedralis Cracoviensis et Insignis Collegiatae praesentis canonicus<sup>24</sup>, revificando gratissimam clarissimorum et huius ecclesiae benefactorum memoriam, et signanter ilmi Ioannis Węzyk archieppi Gnesnensis<sup>25</sup>, cernendo **candelabra** argentea, olim per eundem illum<sup>†</sup> [s. 83] suum proavum huic ecclesiae applicata, cum tractu temporis attrita et deteriorata, pro reficiendis iisdem candelabris seu deintegro conflandis obtulit praesenti capitulo mille trecentos viginti tinphones seu verius scriptum certum suprasignificatam summam in se complectens, per rmos exsecutores olim rmi Francisci Wysocki immediati custodis Gnesnensis<sup>26</sup>, non adeo pridem vita functi recognitam et ad solvendum eidem Rmo Capitulo Łoviciensis assecuratam. Et Perilres Domini Capitulares, praevia eidem perilri dno Custodi moderno Gnesnensi

<sup>†</sup> Następuje po raz drugi wyraz eundem.

<sup>21</sup> Józef Jaksa Marcinkowski h. Gryf, dr teol. lub prawa, m.in. prał. archid. łow. w l. 1743—1777.

<sup>22</sup> Andrzej Ignacy Bajer h. Leliwa, m.in. kan. łow. w l. 1742—1753, od 1758 biskup.

<sup>23</sup> Kan. Wojciech Piaggia.

<sup>24</sup> Walenty Węzyk h. Wąż, dr ob. prawa, m.in. kan. łow. w l. 1745—1752, od 1753 biskup.

<sup>25</sup> Jan Węzyk h. Wąż, dr teol. i prawa, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1627—1638.

<sup>26</sup> Franciszek Kazimierz Wysocki h. Leliwa, m.in. prał. kust. gnieźn., zm. w 1749 r.

gratiarum actione, scriptum receperunt et obligationi, ut praefertur, postquam eadem summa exsoluta fuerit, omni meliori modo satisfacere decreverunt.

[775] s. 83. *Pyxis ad Ecclesiam Kurdwanoviensem*. Ut Deus ter Optimus Maximus ubique honorificetur, et praesertim qui sub mysticis Sanctissimae Eucharistiae speciebus praesens nobiscum esse non detractat, condignius in Ecclesia Parochiali Kurdwanoviensi, non adeo pridem impensis Rmi Capituli exstructa, tradetur et adoretur, pro pyxide conficienda Perillustres Domini tres marcas argenti ex minutioribus **votis** seu tabellis huius Ecclesiae Collegiatae, ad usum minus valentibus, destinaverunt et ad ponderandum idem argentum perficiendamque quantocius pyxidem perilres dnos Procuratorem et Karśnicki<sup>27</sup> deputaverunt.

D. 8—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[776] s. 87 (9 Dec.). *Sebum ex Arce Łoviciensi*. Cum in virtute privilegiorum sebum seu quota ex Arce Łoviciensi solvi consueta, pro lampade ante Sanctissimum Sacramentum ardere solita, in anno elapso, alias vacante sede, non est persoluta, idcirco eius vindicationem Rmum Capitulum perilri Procuratori praecommissit.

[777] s. 87. *Pannus*. De panno vili, alias *półkierze*, si a tegimentis altarium et graduum supererit, ecclesiis Kurdwanoviensi et Sancti Leonardi extra muros Łovicienses ad velanda altaria perilris Procurator proportionaliter exdividet et applicabit.

[778] s. 88. *Candelabrorum per p. rmum Węzyk restauratio*. Perilris rmus Valentinus Węzyk custos Gnesnensis innovavit per litteras ad p. Karśnicki directas intentionem suam in contextu decreti partialis capituli sabbato die trigesima mensis Augusti immediate lati exploratam. Quo attento Rmum Capitulum indilatam vindicationem summae per eundem perilrem rmum Węzyk legatae, curandamque reparationem candelabrorum argenteorum p. Procuratorj insinuavit.

[779] s. 89. *Sigillum Capituli*. Animadversionem perilris Procuratoris resolvendo, non quidem titularem Ecclesiae Bmae Virginis Mariae, sed Conceptionis eiusdem Deiparae effigiem, ad normam antiqui et in noviter curando sigillo imprimere Rmum Capitulum iniunxit.

[780] s. 90. *Notarius eligitur in canonicum supernumerarium*. Dispositionem per capitulum generale Festorum Pentecosten anni 1747 protunc circa electionem adm. rndi Notarii praesentanei quoad stallum canonicatus supernumerarii per Rmum Capitulum eidem Notario conferri solitum, suspensam resolvendo ac considerando gressus obsequiorum eius, tam circa attendentiam officiorum in ecclesia ac vigilantia functionis suae, quam in vindicatione iurium Capituli peractorum, Rmum Capitulum eidem adm. rndo Żeleński electo et constituto notario stallum canonicatus supernumerarii cum plenitudine iuris contulit, ac ad assequendam possessionem eiusdem stalli installationemque favendam de gremio Capituli perilres Zajączkowski<sup>28</sup> et Tarnowski<sup>29</sup> deputavit. In quorum

<sup>27</sup> Stanisław Karśnicki h. Jastrzębiec, m.in. kan. łow. w l. 1745—1759.

<sup>28</sup> Adam Zajączkowski h. Zaręba? m.in. kan. łow. w l. 1729—1770.

<sup>29</sup> Stanisław Tarnowski h. Rola, kan. łow. i prep. tamt. Kol. Psattérzystów w l. 1731—1756.

perilrium deputatorum ac multorum astantium pro actu praemisso aggregatorum hominum praesentia installatus, intromissus ac in pacifica possessione manutentus est manuteneturque decreti praesentis vigore.

[781] s. 90. *Consolatio eidem*. Gratificando applicationem eiusdem adm. rndi **Notarii**, ut alacrior ad ulteriora obsequia reddatur, ex massa capitulari aurei sex eidem pro extraordinaria consolatione, pronunc tantum, dandos signantur.

## 1750

D. 21 Maii — 3 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[782] s. 95 (22 Maii). *Recapitulatio*. Decretorum reformationum, tam immediati generalis capituli, quam et partialium capitulorum est effectuada recapitulatio, ac praemissorum partialium capitulorum decretorum in omnibus approbaturis declaratio praesenti publicatur decreto.

[783] s. 96 (23 Maii). *Litterae ad perilrem rmum Custodem*. Decretum anterioris capituli generalis reassumendo, ne in locum sui ex residentibus continuo perilribus praelatis vel canonicis ad conscriptionem noviter accessorum verificationemque rerum ecclesiae antehac conscriptarum substituat, ac residentiae curam habeat, litteras ad perilrem Custodem<sup>30</sup> scribendas Rmum Capitulum decrevit.

[784] s. 96. *Candelaborum per p. rmum Węzyk restauratio*. Licet perilris Procurator<sup>31</sup> summam per p. rmum Węzyk Tribunalis Regni praesidentem pro reparatione candelaborum argenteorum dispositam ab exsecutoribus p. m. perilris rmi Wysocki vindicare et decreto immediati capituli generalis quantocius satisfacere interdixit ei [non posset], tamen considerato quod eandem summam praefati exsecutores in spatio unius anni eodem scripto se exsoluturos obligarunt, quod tempus necdum exspiravit. Proinde omni studio piam intentionem perilris rmi Tribunalis Regni praesidentis ad effectum deducere cupiendo, in termino praeinserto p. Procurator diligentiam omnem in vindicatione summae suprafatae adhibebit.

[785] s. 102 (3 Iunii). *Res derelictae fati p. Krajewski*. Fatis olim perilris Krajewski<sup>32</sup>, improvise intercessis, res nonnullae supellectilis domesticae et oeconomicae, in fundi eius residentia relictas, devenerunt ad dispositionem p. rmi Kielczewski praepositi loci praesentis<sup>33</sup>. Pro quibus dividendis et dispositis summam quadringentorum florenorum polon. capitulo praesenti obtulit. Quam summam, uti post fata intestati dispositioni Rmi Capituli subiectam, non aliter tamen quam in reparationem apparamentorum **Sacristiae** convertendam Rmum Capitulum esse voluit perilrique Procuratori erogare permisit.

[786] s. 103. *Cappalia et consolationes*. Conformando se aequitati tam vicinarum cathedralium, quam collegiatarum ecclesiarum iuribus et laudabili insistendo consuetudini, Perillustres Domini Praelati et Canonici statuerunt perpetuoque observari voluerunt, ut augendo cappalia in parva certe quota per duos aureos, nonnisi solvi solita accedentes ad Capi-

<sup>30</sup> Jan Wilhelm Robertson dr ob. prawa, m.in. prał. kust. łow. w l. 1719—1753.

<sup>31</sup> Aktualny i przyszły kan. W. Piaggia.

<sup>32</sup> Jan Krajewski h. Jasieńczyk, dr ob. prawa, m.in. kan. łow. w l. 1724—1742.

<sup>33</sup> Dominik Kielczewski — jak przyp. 19.

tulum perilres praelati et canonici solvant, quisque in persona sua, per aureos sex, illosque ad seorsivum thesaurum pro decore Sacristiae ac ecclesiae convertendos perilris Procurator reponat. Utque non sine robore, nec pro solis successoribus sit praeinsertum statutum, quisque ex perilribus dnis praelatis et canonicis in auctionem cappalium, per se iam exsolutorum, ad praemisum thesaurum de summa quattuor aureorum hungaricalium pro consolationibus ex capitulis binis generalibus, nempe Festorum Pentecosten 1748 et Immaculatae Conceptionis anni eiusdem quemque respicientibus, pro comparatione saepedictorum apparamentorum convertenda cesserunt ac perilri Procuratori erogandi ac convertendi plenariam facultatem dederunt.

[787] s. 104. *Caecus et Sacristia*. Regimen ac curam boni ordinis in hac ecclesia optatissimo animo ad meliora satagendo deducere in virtute statutorum ac decretorum reformationum praesens capitulum decrevit, ut Thesaurus ecclesiae a communi massa separetur summaeque iam ex collectis Sacristiae, quam et ex consolationibus quotidianis sub titulo Caecus, sub seorsivo titulo in libro rationum ac Thesauro ecclesiae reponatur, et nisi in solam reparationem et ornamentum ecclesiae expendatur.

D. 20 Iunii, in capitulo, partiali ordinario:

[788] s. 105—106. *Perilris rmi Węzyk oblatum*. Considerato, quod terminus solutionis summae mille trecentorum tinphonum, per p. rmum Węzyk custodem Gnesnensem Rmo Capitulo pro reparatione **candelabrorum** argenteorum, ad percipiendum praecommissae ex scripto manuali a perilribus [s. 106] rmis p. m. rmi Francisci Wysocki immediati custodis Gnesnensis executoribus favore Capituli praesentis dato, imminet. Cum vero summa a perilri dno Antonio Wysocki nominati testatoris exsecutore<sup>34</sup> Gnesnae commemorante, ob distantiam itineris non sine sumptu vindicari queat, Rmum Capitulum ilmum Decanum<sup>35</sup> abeuntem Gnesnam efflagitavit, ut pro sua erga hanc ecclesiam benevolentia praeinsertam vindicationem in se assumat ac scriptum praedictum, praemissa cautione, ex Archivo extrudere ac ad levandam saepedictam summam, de levata quitandum ac omnia pro exigentia negotii nomine Rmi Capituli peragendum, facultatem dedit.

D. 8—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[789] s. 113 (12 Dec.). *Purgatio sepulcrorum*. Praeparatoria ad purgationem sepulcrorum curandam<sup>36</sup> provideri destinantur adm. rmdi **Vice-custos**<sup>37</sup> et Caeremoniarius<sup>38</sup>, quibus, si contigerit, aliquando collectam facere pro impensis circa eandem purgationem faciendis facultas plenaria tribuitur.

[790] s. 114. *Oblatum perilris Węzyk*. Assecurationem reversalem a p. rmo [Antonio] Wysocki, pro summa per p. rmum Węzyk Rmo Capitulo pro **candelabrorum** reparatione cessa, ilmum Decanus loci praesentis transmisit, cum assecuratione solutionis summae diebus 1-ma Februarii

<sup>34</sup> Antoni Wysocki h. Godziemba, dr ob. prawa, m.in. kan. i prał. gnieźn., zm. w 1762 r.

<sup>35</sup> Biskup i prał. dziek. Dobński — jak przyp. 4.

<sup>36</sup> Porządkowanie grobów w kolegiacie odbywało się w ostatnim kwartale roku.

<sup>37</sup> Ks. Paweł Tworowski — jak przyp. 32 w księdze X.

<sup>38</sup> Ks. Eliaż Sciborowicz wik. kolegiaty.

anno proxime imminenti. Qua percepta perilris Procurator reparationem candelabrorum, iuxta nexum dispositionis anteactae, indilate curabit.

## 1751

D. 21 Iulii, in capitulo generali Pentecostes:

[791] s. 117. *Recapitulatio*. Post subsecutam statutorum et decretorum visitationum atque immediati generalis capituli et insubsequens partialium recapitulationem, ex eis, tamquam legalibus et firmis, negotia ad tractandum desumpta Capitulum connotari fecit.

[792] s. 119. *Candelabra*. Non modica certe pars Thesauri huius ecclesiae in argenteis candelabris existit, quae ad ea noviter conficienda impensis perilris rmi Valentini Węzyk custodis Metropolitani Gnesnensis conflanda sunt. Proinde, ut proprio argento iuxta praesentem exigentiam ponderetur et conscribatur, perilisque Procurator praemature provideat quemnam aurifabrum, qui secure possit, ad hoc opus perficiendum conduci. Summam vero mille sescentorum septuaginta septem florenorum, de manibus exsecutorum p. m. perilris rmi Francisci Wysocki anteacti custodis Gnesnensis perceptam, in Thesauro Rmum Capitulum reponendam esse voluit.

[793] s. 119. *Tapes, pastorale et baldachinum*. Circa conscriptionem inventarii ecclesiastici adm. rndus Vicecustos pastorale argenteum, per exsecutorem immediati Celmi Principis<sup>39</sup> ecclesiae huic applicatum, nunc Celmo Principi<sup>40</sup> commodatum curabit annotare. Iam enim tapetem magnum circa declarationem exstructionis ambonae novae plenarie eidem Celmo Principi cessisse. Baldachinum vero novum nunc adhuc ad beneplacitum Celmi Principis ad usus Squierniewiczis manere specificabit.

D. 8—11 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[794] s. 123—124 (9 Dec.). *Inventarium ecclesiae*. Deperditae sunt antehac duae patenae argenteae deauratae ex inventario huius ecclesiae, et nunc non adeo praeterito tempore calix et pate[s. 124]na, furto ablata. Et fractae, in minimis fragmentis, a complicibus furti receptae sunt. Ex eo reliquo argento recepto, ac pro summa decem aureorum hungaricallium a praemissis complicibus circa vindicationem adinventum similem craterem, quantum sufficere poterit summa haec. Et patenas tres conficere adm. rndus Vicecustos curabit.

[795] s. 124—125 (10 Dec.). *Candelabra argentea*. Perilres rmi supra-deputati<sup>41</sup> humiliter Celmi Principis benignum exposuerunt consensum, ut nonnulla vota argentea huius ecclesiae, non adeo ad usus necessaria, conflare illaque pro candelabris argen[s. 125]teis noviter in maiori forma, quam adpraesens exstant, perficiendis convertere Rmum Capitulum possit. Iam vero aurifabro pro manufactura, si summa de benignitate perilris rmi Valentini Węzyk data non suffecerit, p. Procurator de Summa censuali Węzykoviana<sup>42</sup>, pro pestiferis percepta et collata, titulo

<sup>39</sup> Arcybp K. A. Szembek — jak przyp. 16.

<sup>40</sup> Adam Komorowski h. Korczak, dr. ob. prawa, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1748—1759.

<sup>41</sup> Kan. St. Karśnicki — jak przyp. 27. — Jan Michał Awedyk dr. teol., ob. prawa, filoz. i med., m.in. kan. łow. w l. 1749—1760.

<sup>42</sup> Fundacja arcybpa Jana Węzyka, już objaśniana.

commodati, quantum opus fuerit, coassumet. Eius vero restitutionis viam ex summa proventuali massae, adpraesens in subsidium subditis bonorum Capituli pro coemptione pecorum, clade pestis interfectorum, commodata et percipienda atque rehabenda, Rmum Capitulum demonstrat.

[796] s. 126—127 (11 Dec.). *Mons Pietatis*. Ilmus pariter Decanus loci praesentis supplicatur, ut Montis Pietatis praefectus, ut consultores nominet, qui attendant obligationibus, in erectione positus, in evenientique casu, quod circa aggressionem violentam nobilis Bleyza tinphones sexaginta cum marsupio rndo Notario eius[s. 127]dem Montis deperierunt, de modo restitutionis providendum; utque securius **Thesaurus** eiusdem Montis Pietatis in post conservetur, dignitarii eligendi cavebunt et observabunt.

## 1752

D. 23 Maii — 14 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[797] s. 130 (24 Maii). *Recapitulatio et limitatio*. Tam statutorum, quam et decretorum reformationum ac partialium capitulorum resolutionum facta recapitulatione ac in omnibus approbatione, annotatisque negotiis, quae in tractu capituli praesentis sunt decidenda, Perilres Rmi Domini Capitulares praesens ad feriam quintam, diem nempe vigesimam quintam Maii limitarunt.

[798] s. 131 (25 Maii). *Peristromata*. Notificata parendo dispositioni Celmj Principis — in adornanda hac ecclesia, ad baldachinum in Skierniewice exsistens peristromata eiusdem coloris in frustis triginta sex ibidem transmittenda Rmum Capitulum determinavit.

[799] s. 132. *Inventarium ecclesiae*. Ex supellectili et argenteria ecclesiastica multae res post conscriptum inventarium per continuum usum vetustateque consumptae, aliquae vero sunt deperditae, in decreto anterioris capituli generalis specificatae. Multae tamen ex oblatis benefactorum accesserunt. Ut itaque easdem res supellectilis et argenteriae ecclesiasticae cum antiquis regestris rndus **Notarius** Capituli verificet ac noviter accessas conscribat, inventariumque novum conficiat, praesenti iniungitur decreto.

[800] s. 136 (14 Iunii). *Candelabra argentea*. Ut contractum ad conflanda candelabra argentea cum aurifabro Slaubicz cive Gedanensi <sup>43</sup> perficiat perilris Procurator <sup>44</sup> ad ultimarie praesentatam Perilribus Capitularibus normam et formam ab eodem aurifabro transmissam; et ut candelabra pariter argentea in Monte Pietatis oppignorata eximat, aut partem aliquam proportionatam argenti ecclesiastici in commutationem eiusdem pignoris det et haec ipsa candelabra minutiora ad argentum inante pro candelabris Gedanum transmissis apponere curet, ut si possibile sit, adhuc altera fiant praedicta candelabra — eidem p. Procuratori omni-modae datur facultas.

D. 8 Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[801] s. 138. *Posta*. Efflagitatus ilmus Decanus ad tractandum cum nobili Lipski magistro postae <sup>44a</sup> retulit, qualiter ab falcastratione faeni

<sup>43</sup> Slaubicz złotnik w Gdańsku.

<sup>44</sup> Tegoroczny i przyszłoroczny kan. W. Piaggia.

<sup>44a</sup> Por. przyp. 51a w księdze X.

in emensurato ei prato in vim compensationis expensarum pro posta perilibus capitularibus oblata recedit, sibique solutionem parata pecunia affectat. Ut itaque idem ilmus Decanus etiam de quanto parati peculii conveniat cum nobili Magistro postae, praesenti expostulatur decreto.

D. 8—9 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[802] s. 141. *Recapitulatio*. Facta tam statutorum et decretorum ac reformationum, quam et generalis capituli immediati et partialium recapitulatione, ad connotationem tractandorum sese Rmum Capitulum accinxit.

[803] s. 141. *Candelabra argentea*. Virtute decreti capituli generalis immediati perilris Procurator candelabra argentea in Monte Pietatis perimente necessitate reparationis organorum in summa 1300 florenorum polon. oppignorata, pro summa simili ex massa capitulari se exemisse praesenti in capitulo clarificavit.

[804] s. 142 (9 Dec.). *Inventarium ecclesiae*. Ut commodius in vere et aestate verificatio inventarii ecclesiasticae supellectilis ac noviter accessorum conscriptu subsequatur, perilres iidem Archidiaconus<sup>45</sup> et Karśnicki opportuno et bene viso tempore eiusdem inventarii descriptionem peragent.

### 1753

D. 8 Februarii, in capitulo partiali extraordinario:

[805] s. 145—146. *Installatio p. Żeleński ad canonicatum*. Comparens in praesenti capitulo personaliter perilris adm. rndus Ignatius Żeleński **secretarius** Capituli praesentis<sup>46</sup>, exhibitis litteris institutionis ad canonicatum seu praebendam huius Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis fundi Mastki, post liberam resignationem rmi dni Andreae Bajer abbatis commendatarii Vagrovieciensis, canonici Metropolitani Gnesnensis et cathedralis Vladi[s. 146]slaviensis, Collegiatae Crusviciensis praepositi, illius ultimj et immediati possessoris vacantem, ad praesentationem ilris magci Felicjani Trzciński castellani Ravensis, capitanei Łoviciensis<sup>47</sup>, eiusdem canonicatus legitimi collatoris, Łovicii sub die<sup>48</sup> mensis Decembris anno proxime elapso 1752, a celmo ilmo et rmo Adamo Ignatio de Liptów et Orawa Komorowski archiepiscopo Gnesnensi — — benigne impertitis. Vigore quarum litterarum petiit se ad praedictum canonicatum suscipi, vocem in capitulo sibi concedi et locum in stallo eidem canonicatus competentem assignari, atque in realem et actuaalem possessorem dicti canonicatus se intromitti. Et Perillustres Rmi Domini, suprascripti praelatus et canonici, receptis cum debita, qua par est, reverentia iisdem litteris institutionis, eundem perilrem Żeliński admittendum et installandum esse duxerunt, prout praevio, iuxta praescriptum statutorum capitularium, corporali iuramento cum fidei catholicae professione in manibus perilrium adm. rndorum Stanislai Tarnowski et eiusdem nominis Karśnicki deputatorum in facie totius Capituli praestito. Eundem per praefatos perilres deputatos in stalli competentis possessionem itromitti fecerunt,

<sup>45</sup> *Prat. J. Marcinkowski — jak przyp. 21.*

<sup>46</sup> *Not. kap. Żelenski został kanonikiem gremialnym.*

<sup>47</sup> *Felician Trzciński h. Rawicz, m.in. starosta arcybiskupi łowicki.*

<sup>48</sup> *Dnia nie wpisano.*

vocemque in capitulo cum plenitudine iuris canonicalis ipsi concesserunt, qualiter intromissus, susceptus et installatus exsistens in facie totius Rmi Capituli et cleri necnon et populi, ad Divina audienda congregati, de pacifica possessione dicti canonicatus ter ultra vicibus sollemniter protestatus est. Circaque praemissam possessionem canonicatus per praesens Capitulum manutentus est manuteneturque decreti praesentis vigore.

D. 12—20 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[806] s. 149. *Lectio statutorum et decretorum*. Facta decretorum statutorum, reformationum ac partialium capitulorum recapitulatione, factaque tractandorum computatione, propter imminentem devotionem Perillustres Domini praesens capitulum ad sequentem diem limitarunt.

[807] s. 150—151 (13 Iun.). *Electio et iuramentum Notarii*. Postquam de benigna gratia Celmi Principis perilris Żeleński, anteactus notarius et secretarius capitularis, ad canonicatum fundi Mastki institutus et installatus extiterit, praesens capitulu[s. 151]lum ad electionem in locum eius Notarii condescendendo, ex unanimi votorum consensu ad praemissam functionem rndum Felicianum Wyszzyński<sup>49</sup> assumpsit. Qui taliter receptus professionem fidei iuramentumque in capitulo praesenti ad mentem Concilii Tridentini [praestitit] in eam rotam:

Ego Felicianus Wyszzyński iuro, quod secreta Capituli nulli pandam neque revelabo, acta, decreta et resultata Capituli fideliter conscribam, praesentias et absentias perillustrium dominorum sincere et realiter connotabo absque omni respectu personarum, Archivum custodiam, omniaque munia officio meo notariali incumbentia cum omni diligentia exercebo. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

Praestitis itaque in manibus perilris Żeliński tam professione fidei, quam et iuramento praeinserto, eidem novo electo et assumpto Notario acta Capituli tradidit, assignando eidem pro annua pensione, intuituque durarum missarum, unius ad Altare Corporis Christi, alterius ad Altare Sanctae Crucis<sup>50</sup> qualibet hebdomada per eum seu eius substitutum sub onere conscientiae absolvendarum, quadringentos florenos. Atque, ut alacrius munus functionis suae obeat, ipsi decimas post villas Płyćwia et Święte<sup>51</sup> in usum suum exdecimandas superaddedit, omnem vigilantiam ac attententiam in custodiendo Archivo Capitulari serio intimando. Pro intromittendoque in domum notarialem capiendamque eius possessionem perilem Żeliński designavit praesentium vigore.

[808] s. 152 (14 Iun.). *Candelabra argentea*. Retulit perilris Piaggia se puncta cum aurifabro nobili Slaubicz cive Gedanensi in ordine ad conflanda noviterque conficienda candelabra argentea ad contractum per litteras missivas inivisse, clarificavitque se a qualibet marca per florenos bonae monetae sex appromisisse, ea tamen adiecta condicione, ut iuxta mentem anteacti capituli, propter firmitus fundamentum et longiorem conservationem, eadem candelabra frustis ferreis intus sint subducta et corroborata, ita ut pondus argenti in eodem ferro subsistat et longius conservari queat. Cui quidem perilri referenti Rmum Capitulum gratiis de-

<sup>49</sup> Ks. Felicjan Wyszzyński następca Żeleńskiego na notariacie.

<sup>50</sup> Oltarze wyżej objaśniane.

<sup>51</sup> Wsie objaśniane powyżej.

bitis exhibitis, ulteriorem curam eorundem candelaborum dereliquit et indesinens adminiculum expostulando dimisit.

D. 7 Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[809] s. 160. *Res mobiles fatis p. Szembek derelictae*. Post intestatum obitum perilris olim p. m. rmi Bonifacii Szembek<sup>52</sup>, insistendo statutis res mobiles p. Procurator<sup>53</sup>, ad curiam eius seu ubi res eius proveniri poterint condescendendo conscribere, futuroque capitulo seorsivo registro porrigere obligatur praesentibus.

D. 21 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[810] s. 162. *Postulatum rndi Notarii*. Obstrictus vinculo obsequii sui Capitulo praesenti rndus Notarius, ad amovendum et resignandum beneficium parochiale Czermnense<sup>54</sup>, supine desolatum remoteque a loco praesenti distans, petiit, a Capitulo praesenti Altare Barbarae Sanctae<sup>55</sup>, ad aedes Ecclesiae Collegiatae praesentis situm, sibi propter titulum tradi et ad idem se posse institui. Verum quoniam nondum plene constat rndum Traciewicz<sup>56</sup> alium alicubi titulum assumpsisse et huic altariae renuntiassse, proinde ad plenioram de eodemmet suprascripto rndo Traciewicz notitiam, expostulationem eiusdem rndi Notarii Rmum Capitulum distulit, in omni tamen facilitate assequendae eiusdem altariae, postquam praemissa innotuerint eundem determinavit.

D. 15 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[811] s. 163. *Postulatum ilmi rmi Decani*. Ilmus rmus Christophorus Dobiński episcopus Serrensis, suffraganeus Gnesnensis, decanus loci praesentis et Tribunalis Regni praesidens postulavit a Capitulo praesenti sibi pro functione memorata **perisomata** parieti affigenda commodari. Ad cuius postulationem Capitulum debitam praestando facilitatem eadem communicare (praevio scripto reversali a recipiente accipiendo, in quot frustis sibi applicari velit) permisit.

D. 15 Septembris, in capitulo partiali ordinario [secundo]:

[812] s. 164. *Crux argentea*. Ad stubam iudicalem pro functione sua praesidentiali, sin aliquam Petricoviae ilmus rmus Decanus et praesidens Tribunalis Regni commodandae crucis difficultatem habuerit, ipsi ex collegiata praesenti crux argentea extunc concedi declaratur.

D. 6 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[813] s. 165. *Petitum rndi Notarii*. Quandoquidem luculenter constat rndum Traciewicz, immediatus Altaris S. Barbarae, ad aedes Ecclesiae Collegiatae praesentis Łoviciensis siti, pridem officiose<sup>57</sup> post assecutionem alterius beneficii idem altare resignasse, rndum quoque Notarium per decretum anteacti capituli sui in assecutione eiusdem altaris determinatum fuisse. Proinde Capitulum praesens, parendo in praemissis declarationi suae, idemmet altare praedicto rndo Notario cum onere absolverendarum iuxta mentem fundatoris missarum et pensione debita commisit, pro praesentationeque ac institutione, ad quem de iure [pertinet], remisit per praesentes.

<sup>57</sup> Nie uwzględniłem położonych tu słów idem altare.

<sup>52</sup> Kan. Bonifacy Szembek — jak przyp. 61 w księdze X.

<sup>53</sup> Kan. I. Zeleński — jak przyp. 10 i 46.

<sup>54</sup> Czermno par. w d. archidiak. kurzelowskim.

<sup>55</sup> Ołtarz Św. Barbary w kolegiacie, objaśniany.

<sup>56</sup> Ks. Traciewicz kapłan z kolegiaty.

D. 1 Decembris, in capitulo partiali ordinario:

[814] s. 166. *Obitus p. rmi Robertson custodis*<sup>57</sup>. Subveniendi animae immediate pie defuncti Gnesnae olim perilris Custodis, moresque solitos intacte obeundo, tota hebdomada indiem vicibus trinis pulsabunt campanis ad impetranda suffragia animae eius; imminenti autem feria secunda exsequiae celebrabuntur.

[815] s. 166—167. *Installatio rndi Notarii ad canonicatum honorarium*. Coram perilribus rmis praelatis et canonicis Capituli praesentis compars personaliter adm. rndus Felicianus Wyszynski actorum Capituli eiusdem notarius, exhibitis litteris institutionis suae ad canonicatum honorarium, sibi a Celmo Principe — Archiepiscopo Gnesnensi — Skier-niewiczis die vigesima sexta mensis Novembris anno praesenti datis et benigniter impertitis. Virtute et auctoritate earundem petiit se ad realem et actualet dicti canonicatus supernumerarii possessionem admitti et investiri, stallumque in choro et locum in processionibus, aliaque quaevis sibi competentia committi et assignari. Quibus Capitulum praesens visis lectisque litteris, postulatum [s. 167] eiusdem grato animo suscipiendo, in actualet possessionem dicti canonicatus supernumerarii seu installationem adm. rndi Notarii ratihabuit, ad installationemque perilem adm. rndum Ignatium Żeliński canonicum et procuratorem Capituli praesentis deputavit. Qui perilris ad praemissa deputatus eidem adm. rndo Feliciano Wyszynski notario Capituli praesentis ultimum a parte dextra stallum, in processionibus ante canonicos locum assignavit, cum plenitudineque iuris contulit. In quorum reali et actuali possessione manutentus est manutenturque praesentium vigore.

D. 8—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[816] s. 168 (10 Dec.). *Lectio statutorum*. More solito Perillustres Capitulares statuta ac decreta reformationis decretaque tam anteacti capituli generalis, quam et partialia sibi perlegere demandant.

[817] s. 170 (11 Dec.). *Reductio foundationum*. Nondum effectuatā, ad mentem decreti anteacti capituli sui generalis Festorum Pentecosten, iurium et foundationum Collegiis ac Altaristis applicatarum revisio et reductio, nunc perilem Karsnicki et Wężyk<sup>58</sup>, unius tamen eorum absentia non obstante, curae et sollicitudini captato tempore ad effectuum commendatur.

[818] s. 170. *Inventarium ecclesiae*. Perilres Tarnowski et Meline<sup>59</sup> revisionem rerum omnium ecclesiasticarum, totius nempe supellectilis ad normam et tenorem regestorum, cum distincta annotatione noviter accessorum in Ecclesia Collegiata praesenti peragent ac coaequantur.

[819] s. 171. *Tabella anniversariorum*. Propter lucidiorem incidentiae anniversariorum notitiam, tabella eorundem iuxta antiquiorem consuetudinem parieti in ecclesia affingatur.

[820] s. 172. *Ecclesia Sancti Leonardi*. Vacantem adpraesens Ecclesiam Praeposituralem Sancti Leonardi cum canonicatu honorario et poenitentiaria in Ecclesia Collegiata praesenti Łowiciensis, post mortem et obitum p. m. olim ilris rndi Valentini Majorowski<sup>60</sup>, illius ultimi et im-

<sup>57</sup> Zmarł prał. kust. Robertson — por. przyp. 30.

<sup>58</sup> Wojciech Wężyk h. Wąż, m.in. kan. łow. w l. 1752—1789.

<sup>59</sup> Ludwik Meline poch. francuskiego, m.in. kan. łow. w l. 1753—1765.

<sup>60</sup> Sp. Walenty Majorowski prep. Kośc. Szpit. Św. Leonarda i kan. hon. łow.

mediati possessoris, ilri adm. rndo Paulo Tworkowski **vicecustodi** Ecclesiae Collegiatae eiusdem praesentis et vicario emerito, cum attinentibus<sup>h</sup> fructibus et emolumentis, virtute iurium et privilegiorum, ad eandem ecclesiam spectantibus et pertinentibus Capitulum praesens contulit confertque praesentibus ac eundem denuo, postquam de iure competit ad praemissa praesentandum esse duxit. Qui postquam institutus et introductus ad eandem ecclesiam fuerit, extunc habito respectu tenuitatis proventuum adm. rndi Dąbrowski<sup>61</sup> circa ecclesiam praesentem, eundem circa poenitentiarium, quoadusque utiliozem et sufficientiorem modum sibi subsistendi non adinvenerit, more et praxi dicti praedecessoris sui, conservare et ad certum tempus (salvo per omnia iure ad eandem poenitentiarium, uti perpetuo ad dictam Ecclesiam S. Leonardii annexam sibi praecustodito) dimittere se obstrinxit et obligavit.

[821] s. 173 (12 Dec.). *Altare Maius*. Altare Maius seu Fundatio Leszcinińska<sup>62</sup> in Ecclesia Collegiata praesenti, post obitum olim ilris Valentini Majorowski vacans, committitur daturque ius ad eandem ilri adm. rndo Paulo Tworkowski [**vicecustodi**], quem, cui de iure competit ad praemissa praesentare et instituere, dignabitur.

[822] s. 174 (13 Dec.). *Candelabra*. Perlecto capitulariter contractu respectu conflandorum candelaborum cum nobili Slaubicz cive Gedanensi confecto, commendatam in antea actis capitulis per ilri rmo Piaggia circa eandem operam, iterum Capitulum praesens cum enixa obligatione renovavit.

D. 29 Decembris, in capitulo partiali ordinario:

[823] s. 178. *Installatio ilris Tworkowski ad canonicatum honorarium*. Coram ilmis rmis ac per ilribus Capituli praesentis praelatis et canonicis personaliter comparens ilris adm. rndus Paulus Tworkowski **vicecustos** et vicarius Ecclesiae Collegiatae praesentis, exhibitis litteris institutionis sui ad Ecclesiam Praeposituralem in Kierchów tituli Sancti Leonardi cum poenitentiarium ac canonicatum honorarium in Ecclesia Collegiata praesenti, eidem praepositurae virtute iurium et privilegiorum perpetuo annexis, sibi a Celmo Primate — — benigniter Skierniewicis die 22 mensis Decembris anno praesenti 1753 impertitis, virtute et auctoritate eorundem petiit se ad realem et actuaalem dicti canonicatus supernumerarii possessionem admitti et investiri, stallumque in choro et locum in processionibus, aliaque quaevis sibi competentia assignari. Quibus Capitulum visis, postulatum eius grato animo suscipiendo, in actuaalem possessionem dicti canonicatus supernumerarii dictum ilrem Tworkowski admisit installationemque eius ratihabuit, ad installandumque per ilres Karśnicki et Meline canonicos suos deputavit. Qui per illestres ad praemissa deputati eidemmet installato ultimum a parte sinistra stallum, in processionibusque ante canonicos locum assignarunt et cum plenitudine iuris contulerunt. In quorum reali et actuali possessione manutentus est manutenturque praesentibus.

[824] s. 178. *Electio Notarii Montis Pietatis*. Vacantem post obitum

<sup>h</sup> attinentiis akta.

<sup>61</sup> Ks. Alojzy Dąbrowski zast. penitencjarza w kolegiacie; por. nr 722.

<sup>62</sup> Fundacja arcybpa W. Leszczyńskiego, objaśniona wyżej.

olim ilris Valentini Majorowski Montis Pietatis notariatum Perillustres Capitulares ilri adm. rndo Paulo Tworkowski canonico honorario et praeposito Ecclesiae Sancti Leonardi [ac **vicecustodi**] cum plenitudine iuris contulerunt et disposuerunt. Cui Archivum Montis eiusdem iuraque ac privilegia, summas et pignora (postquam per perilres a capitulo generali deputatos revisio et reductio eorundem peracta fuerit) eidemmet perilres deputati, iuxta mentem decreti anteacti generalis capituli, tradent et porrigent. Quoniam demum ilmus rmus Christophorus Dobiński episcopus Serrensis, suffraganeus Gnesnensis, loci praesentis decanus et praesidens Tribunalis Regni Montisque praetacti Pietatis praefectus, publica sua functione praesidentiali impeditus, eidem revisioni et reductioni praesens adesse nequit, proinde se a praemissis, iusta et evidenti legalitate eximendo, perilrem rndum Adalbertum Piaggia canonicum et iudicem surrogatum loci praesentis capitulariter in locum sui obligavit, ut totus dictae revisioni et lustrationi Montis Pietatis una cum perilribus a capitulo generali deputatis attendere dignetur.

[825] s. 181. *Consolationes pro candelabris dispositae*. Succurrendo exigentiae ecclesiae, exquo et summa ab ilmo episcopo Chelmensi<sup>63</sup> pro conflatione et nova exstructione candelaborum argenteorum non sufficit, virtute vero contractus cum Aurifabro terminus exemptionis imminet. Ut proinde fervidior benefactorum reddatur pietas pro decore et Thesauro ecclesiae, perilris rmus Praepositus<sup>64</sup> siliginem seu potius pro eo Gedani divendito summam apud p. Procuratorem<sup>65</sup> haerentem, ultra alias parato peculio pro iisdem candelabris enumeratas, cedendam declaravit. Quam itaque munificam perilris Praepositi erga hanc ecclesiam benevolentiam Perillustres Capitulares non solum debita gratitudine persolvendo, verum se alacriores ad praemissam collectam reddendo, consolationes ex capitulo Festi Immaculatae Conceptionis Bmae Virginis Mariae<sup>66</sup> perilri Procuratori pro coemptione praemissorum candelaborum convertendas esse iniunxerunt. Ilmus vero Decanus<sup>67</sup>, beneficando suam sub tempus praemissi capituli absentiam, de gratia sua aureos duos ininstanti in manus p. Procuratoris exsolvit.

## 1754

D. 4—14 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[826] s. 183. *Lectio statutorum et decretorum. Recapitulatio*. Perilres Domini Capitulares, lectis statutis, visitationibus reformationibus [s] decretisque tam in anteacto capitulo generali, quam in partialibus subsecutis, eadem approbarunt et ratihabuerunt ratihabentque praesentibus.

[827] s. 188—189. *Candelabra argentea*. Retulit perilris Procurator Aurifabrum pro die 4ta Augusti exstructionem candelaborum determinasse. Seque eidem iam in vim exstructionis eorundem candelaborum summam duorum millium nongentorum triginta quinque flor. gross. trium polon. exsolvisse. Proinde obligatur perilris futurus Procurator<sup>68</sup>,

<sup>63</sup> Bp Walenty Wężyk — jak przyp. 24.

<sup>64</sup> Prep. Dominik Kietczewski — jak przyp. 19.

<sup>65</sup> Prok. Ignacy Zeleński — jak przyp. 53.

<sup>66</sup> Przypadato każdemu po 2 zł węg.

<sup>67</sup> Bp i prał. dziek. Dobiński — jak przyp. 4.

<sup>68</sup> Kan. Adam Zajączkowski — jak przyp. 28.

ut postquam plene finitorum eorundem can[s. 189]delaborum notitiam acceperit, eadem conducere residuumque ad mentem contractus eidem Aurifabro exsolvere dignetur.

D. 31 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[828] s. 199. *Purgatio sepulcrorum*. Quandoquidem cura et sollicitudine perilris Procuratoris sepulcra intra aedes Ecclesiae Collegiatae laetentia purgata esse constant, et nonnulla ignota, nunc primum adinventae dicuntur. Idcirco obligatur rndus Jaramowski **vicescustos**<sup>69</sup>, ut eadem de integro graphice et distinctim describat, ad actaque capitularia porrigat.

D. 7 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[829] s. 201. *Dies amicorum*. Censuerunt per praesentes Perillustres Capitulares, ut praesentia octo septimanatis, in ordine ad lucrandos dies amicorum<sup>70</sup>, ab inchoatione capituli generalis Festorum Pentecosten numeretur, dies vero amicorum non aliter quam post continuatum capitulum generale, et expletam punctualiter octo septimanarum residentiam **connotentur**.

[830] s. 201. *Tabella foundationum absolvendarum*. Quandoquidem obligationes foundationum missarumque privatarum per collegia et altaristas plene et punctualiter cursu adimpleri non constant; ut propter sufficientiorem informationem, quae illarum aliquando intermissae fuerint, tabella ordine debito conscripta parieti in **Sacristia** affigatur.

D. 13 Septembris, in capitulo partiali extraordinario:

[831] s. 201—202. *Installatio p. Piaggia ad praelaturam custodiae*. Coram perilibus rmis suprascriptis praelatis et canonicis comparens personaliter perilibus Adalbertus Piaggia canonicus loci praesentis, Curiae Suae Celsitudinis Primatialis iudex surrogatus, exhibitis litteris institutionis sui ad praelaturam custodiae Ecclesiae huius Collegiatae Łowiciensis (praecustodi[s. 202]ta tamen sibi de integro sui canonicatus huius ecclesiae ad tramites iuris possessione, ad futurum litis eventum ratione huius custodiae sibi in Urbe motae), ex praesentatione ilris et magci Feliciani Prandota Trzciński castellani Ravensis, capitanei Łowiciensis<sup>71</sup>, eiusdem praelaturae custodiae legitimi patroni et collatoris sub die 22-da mensis Decembris anno proxime elapso 1753, a celmo ilmo et rmo dno dno Adamo Ignatio de Liptów et Orawa Komorowski — — archiepiscopo Gnesnensi — — Skierniewiciis benigniter impertitis, [petiit] se ad dictam praelaturam custodiae, morte et obitu olim perilibus Gulielmi Robertson cathedralis Gnesnensis canonici, custodis Łowiciensis illiusque ultimi et immediati possessoris vacantem, recipi, vocem in capitulo et stallum in choro eidem praelaturae competens assignari et concedi, atque in realem et actuaalem possessionem eiusdem praelaturae induci. Et Perilibus Domini Capitulares, visis et lectis suprascriptis tam praesentationis, quam et institutionis litteris, cum debita, qua par est, reverentia susceptis, eundem perilrem institutum unanimi voce et consensu in gremium sui recipiendum ac in possessionem praefatae praelaturae inducendum esse censue-

<sup>69</sup> Nowy (po kan. hon. Tworowskim) wicekustosz czyli zakrystian Jaramowski. Nie zapisano o tym następstwie.

<sup>70</sup> *Dies amicorum*, dawniej *vindemiae* — urlop od rezydowania dla rezydujących.

<sup>71</sup> Jak przyp. 47.

runt, atque pro eadem sui inductione et installatione facienda, recepta ab ipso, iuxta praescriptum Concilii Tridentini, et praesertim bullae Pii IV felicitis recordationis papae<sup>72</sup>, fidei professione, tum etiam de observandis huiusce Capituli novis et antiquis statutis corporali iuramento, per illos Stanislaum Tarnowski et Ludovicum Meline canonicos deputarunt. Qui taliter deputati eundem perilem institutum in facie totius cleri et populi, protunc ad Divina congregati, stallum in choro, iuxta usum et privilegia eidem praelaturae servientia, locum et vocem in capitulo assignarunt, in possessionem curiae, iurium, proventuum et reddituum dictae custodiae cum solitis caeremoniis induxerunt et intromiserunt.

[832] s. 202. *Cautio p. Archidiaconi*. Circa installationem per illos Piagia ad praelaturam custodiae per illos Archidiaconus<sup>73</sup> respectu praecedentiae cautionem fecit.

[833] s. 203. *Res mobiles fati olim p. rmi B. Szembek*. Ad recognoscendam in actis Consistorii praesentis quietationem per magcam Pstrokońska<sup>74</sup> de receptis rebus mobilibus fati olim per illos rmi Bonifacii Szembek derelictis, et in deposito Capituli sui exstantibus, deputatur rmdus **Notarius**, qui in quam sufficientissima et plena forma quietationem eandem recognoscendam curabit.

D. 20 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[834] s. 203. *Postulatum p. Custodis*. Ad postulationem per illos Custodis praesens capitulum permittit extraditionem documentorum statum suae praelaturae, videlicet custodiae Łowiciensis explanantium.

D. 4 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[835] s. 204—205. *Connotatio sepulcrorum*<sup>75</sup>.

D. 20 Novembris, in capitulo partiali ordinario:

[836] s. 206. *Subditi bonorum capitularium*. Introductum in praesenti capitulo negotium respectu dationum, contributionum et reddituum dierumque laboratiliū ex agris per subditos bonorum eorundem tentis pendendorum, ad futurum proxime imminens capitulum generale, in ordine conscribendi **inventarii**, constituendorumque praemissorum reddituum et provenientiarum ab eisdem pendendorum, reicitur. Interim vero deputantur per illos Archidiaconus et rmdus Notarius, ut revisionem bonorum eorundem faciant, futuroque capitulo porrigant.

D. 9—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[837] s. 208 (10 Dec.). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Lectis statutis, decretis reformationum, tum et decretis tam anteacti capituli generalis, quam et partialium capitulorum, eadem decreta Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[838] s. 209. *Fistula aquatica, vulgo strzykawka*. Commodo ac securitati saepe saepius in Civitate praesenti excurrentis **incendii** providendo, nobilis et spect. Barszcz proconsul Civitatis praesentis<sup>76</sup> clarificavit se alterum instrumentum nuncupatum s i k a w k a conducturum velle. Sicque ad Reverendissimum Capitulum praesens eo intuitu supplicari fecit,

<sup>72</sup> Pap. Pius IV rządził Kościołem w l. 1559—1565.

<sup>73</sup> Prał. J. Marcinkowski — jak przyp. 21.

<sup>74</sup> Pstrokońska siostra zmarłego kan. Bonifacego Szembeka.

<sup>75</sup> W podziemiach kolegiaty zidentyfikowano 13 grobów, przeważnie wspólnych.

<sup>76</sup> Jerzy Barszcz (Barzcz) burmistrz m. Łowicza.

ut etiam pro coemendo instrumento eodem contribuere dignetur. Rmum itaque Capitulum, perpensa re utili et necessaria, consolationes ex capitulo praesenti per illos rmos praelatos et canonicos concernentes<sup>77</sup>, tum ex Summa Węzykoviana (praevio consensu Celmi Primatis) aureos hungaricales decem, ita ut efficiat summa triginta aureorum hung. solvendo contribuendosque assignavit. Praecavendo tamen sibi, ut postquam idem instrumentum conductum fuerit, prope ad aedes Ecclesiae Collegiatae praesentis, nempe sub campanili, ad expostulationem Civitatis assignato, delitescat et asservetur, ad usumque communem et potissimum Ecclesiae Collegiatae praesentis (in casum alicuius inopinati, quem Deus avertat, casus) sit. Super quam clausulam sibi per Capitulum praesens reservantam et praecustoditam, documentum signanter scriptum a proconsulibus et consulibus Civitatis praesentis per perilem Procuratorem exquiratur.

[839] s. 210. *Inventarium ecclesiae*. Ad conscribendum inventarium suppellectilis Collegiatae praesentis deputantur per illos Tarnowski et Żeleński. In quod inventarium res derelictas post fata rmi<sup>1</sup> Szembek, in decreto receptionis eorum specificatas, inducent.

[840] s. 210—211. *Res ecclesiasticae non mutuandae*. Iuxta mentem et dispositionem statutorum res ecclesiasticae sine consensu Rmi Capituli, sive maioris partis per illustrium [s. 211] capitularium scriptoque reversali, nemini concedantur.

[841] s. 211 (11 Dec.). *Disponuntur summae pro Sacristia*. In Monte Pietatis, circa revisionem per per illos Deputatos factam, repertos ultra omnes summas aureos hungaricales decem — cuiusnam sint, non comperit. Tum ex superacrescenti summa, pariter in eodem Monte Pietatis, 288 florenos gross. 26. Ac summam triginta aureorum hung. per illem Jaramowski, ecclesiae praesentis vicecustodem, in exstructionem mensarum seu scriniorum ad servandos apparatus aliasque res ecclesiasticas in Sacristia Vicariali oblatam, addederunt praesentibusque Per illos Capitulares disposuerunt.

[842] s. 214 (12 Dec.). *Inventarium bonorum*. Ad conficiendum inventarium generale bonorum Rmi Capituli deputantur per illos Custos et Karśnicki. Quibus datur facultas omnes dationes, labores constituere, et cunctas in genere ac singulas in specie querimoniarum inter subditos circumstantias sopire, immutationem horti in Strzelczew perficere eaque, quae utiliora fundo et rei oeconomicae videbuntur, peragere.

[843] s. 215 (13 Dec.). *Candelabra argentea*. Antiquam appromissam a benefactoribus pro candelabris collectam ad complementum integralis Aurifabro solutionis per illos Żeliński recipiet, si haec, quae iam est collecta, non sufficiet. Extunc Rmum Capitulum censuit, ut aliquam summam ex Provisionibus Węzykovianis a per illo Procuratore commodet.

## 1755

D. 26 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[844] s. 218. *Tabella anniversariorum*. Vi deputationis suae ad disponenda per annum anniversaria per illos Meline sufficienter et ordine de-

<sup>1</sup> Celsum akta.

<sup>77</sup> Por. przyp. 66.

bito descripta et disposita in tabella praesentavit. Pro quo et debitam gratiarum actionem Rmum Capitulum praestitit.

D. 1 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[845] s. 218—219. *Cruce argentea*. Ilmo Dobiński suffraganeo Gnesnensi, loci praesentis decano, immediato Tribunalis Regni praesidenti, crucem argenteam pro functione accommodatam. Cum etiam ilmus Świnarski praesentaneus Tribunalis praesidens<sup>78</sup> per litteras missivas, ad Capitulum directas, Lublinum sibi accommodari postulat, cum sponcione restitutionis, seu potius post finitam sui Lublini functionem, huc secum advectionis, Rmum Capitulum, parendo postulatis eius, eandem crucem com[s. 219]modare non dedignavit. Eoque intuitu litteras rescribendas nomine Capituli sententiavit.

D. 3 Maii, in capitulo partiali ordinario:

[846] s. 219. *Litterae ab Aurifabro*. Ex reproductis in praesenti capitulo litteris constat, quod nobilis Slaubicz civis et aurifaber Gedanensis intra spatium trium septimanarum exstructionem candelaborum argenteorum determinavit, pro eisque hoc eodem tempore condescendi affectat. Verum quoniam nullum adpraesens modum aliquem condescendi et transmittendi Capitulum habet, proinde ad futuram defluctationem adorum conductionem eorundem candelaborum distulit, eoque intuitu litteras ad eundem rescribendas determinavit.

D. 20—26 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[847] s. 221 (21 Maii). *Recapitulatio*. Solito more, relectis decretis tam anteacti capituli generalis, quam et partialium capitulorum, eadem Perilustres Capitulares ratihabuerunt.

[848] s. 221. *Fundatio Lipsiana adiungenda*. Praesens Rmum Capitulum perspectam bene habens tenuitatem proventuum in Collegiis Psalteristarum et Rorantistarum, proinde ut presbyteri in iisdem collegiis existentes maiorem sufficientiam habere possint, supplicandum censet Celmo Principi — — Locordinario, ut in futuro actu visitationis suae benigniter dignetur adiungere eisdem collegiis foundationem Lipsianam<sup>79</sup>, ita ut iidem psalteristae et rorantistae obeant insimul munera capellano- rum Lipsianorum.

[849] s. 222. *Revisio supellectilis ecclesiasticae*. Ut revisio descriptio- que universae supellectilis ecclesiasticae quantocius perficiatur et concludatur, Rmum Capitulum obligat perilres dnos anterieus deputatos.

[850] s. 223 (22 Maii). *Donatio pro candelabris*. In praesenti capitulo perilris rmus dnus Piaggia custos Collegiatae, ex sua liberalitate, pro exemptione candelaborum argenteorum Gedani factorum summam centum quinquaginta florenos polon., ex massa Rmi Capituli sibi ad solvendum assecuratam, decreto capituli generalis Festorum Pentecosten anni immediate praeteriti 1754 prolato, cessit et donavit. Pro quo Rmum Capitulum eidem summam peregit gratias.

[851] s. 223. *Relatio p. Custodis circa aurum*. In praesenti capitulo generali retulit perilris rmus dnus Piaggia custos, quomodo Celmus Prin-

<sup>78</sup> Wawrzyniec Świnarski h. Poraj, m.in. kan. i prał. gnieźnieński, zm. w 1761 r.

<sup>79</sup> Kol. Psalterzystów (Tarnowskiego) erygowane w r. 1609, Rorantystów (Rokickiego) w 1637, Kapelanów (Lipskiego) w 1648.

ceps — — lociordinarius archiepiscopus Gnesnensis — — et benefactor singularis huius ecclesiae, ex sua speciali gratia et munificentia, contulit huic ecclesiae notabilem quantitatem auri, ponderis in summa trecentorum unius hungaricalium pro comparando **calice**. Quod aurum rmus dnus Michael Awedyk canonicus in capitulo reposuit. Ideo praesens capitulum generale pro tanto beneficio et munificentia singulari humillima gratiarum actione rependatur. Ad eum effectum faciendum nomine Rmi Capituli deputat perilres rmos Adalbertum Piaggia custodem et Paulum Kosicki canonicum. Qui quidem perilres rmi domini simul implorabunt humillime a Celmo Principe consilium, qui artifex adhibendus sit ad comparandum eundem calicem.

[852] s. 225 (23 Maii). *Sacristia*. Committitur partiali capitulo, ut dimensionem pro conducenda scintula lapidea faciat.

[853] s. 225. *Oblatum p. Zajączkowski*. Perilris Zajączkowski canonicus loci praesentis **siparium** seu perisomata in frustis viginti quattuor et medio, per celmum olim Potocki archieppum Gnesnensem sibi donata, ad Capellam Lipscianam in Ecclesia Collegiata praesenti, pro maiori decore zelo pietatis suae applicavit et perpetuis temporibus donavit. Pro quo Rmum Capitulum eidem debitas gratias egit ac in tutiorem et longiorem conservationem pluteos ligneos, in quibus suspendi idem siparium possit, muro affingere mandavit.

[854] s. 227 (26 Maii). *Candelabra*. Quoniam Aurifaber per litteras Gedano directas notabilem argenti quantitatem ad candelabra addidisse se innotescit, modus vero extunc alius quam ex massa capitulari non est. Proinde futurus perilris Procurator, quantum necesse fuerit, p. Żeliński pro conductione eorundem candelabrorum deputato ex massa tribuet. Compensatio vero erogata ex massa in exemptionem eorundem candelabrorum summae ex collectis sive etiam ex Summa Węzykoviana, praevio Celmi Primatis consensu, repetetur.

[855] s. 228. [*Procurator et oeconomus bonorum in annum sequentem canonicus Tarnowski electus est*].

D. 7 Iunii, in capitulo partiali ordinario:

[856] s. 229. *Lapideum postumentum ad Sacristiam*. Quoniam Civitas praesens lapides albos ad formandum postumentum in Sacristia idoneos se habere testatur, ex eisdem divendere intendit. Proinde respectu eorundem perilris Procurator, cum quo intererit, componet. Perilris quoque canonicus Żeliński residuum Gedani coëmet. Quique viliores erunt, ad angulos applicentur, nitidiores vero et selectiores in medio collocentur.

D. 14 Iunii, in capitulo partiali ordinario:

[857] s. 230. *Relatio deputationis ad Celsissimum*. Celmus Princeps benigne gratioseque perilribus a Capitulo praesenti deputatis benevolentiam suam testatus est, et circa facultatem conflandi vota et vasa ex Thesauro ecclesiae pro constructione **candelabrorum** argenteorum. Itidem pro candelabris stanneis, cum non sit alius modus comparationis eorundem, facultatem dedit urnam ilmi Lipski<sup>80</sup> convertendi. Pro quo capitulum praesens perilribus deputatis gratias egit ac pro ossibus ilmi Lipski,

<sup>80</sup> Jan Lipski h. Łada, m.in. arcybp gnieźn. i prymas zm. w 1641 r.

ut urnam parvam p. Procurator ex aere comparare mandet, obligavit. De modoque conflationis candelaborum ex materia praemissa stannea, ut provideat, insinuavit.

D. 7 Octobris, in capitulo partiali extraordinario:

[858] s. 240. *Illatum ilris Vicecustodis*. Illata per ilrem Vicecustodem loci praesentis, respectu diminutionis luminis in Altari Maiori propositio, ad futurum capitulum generale suspenditur.

D. 8—11 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[859] s. 243 (9 Dec.). *Recapitulatio*. Lectis statutis, decretis visitationum ac decretis tam anteacti capituli generalis Festorum Pentecosten, quam et partialium capitulorum, Perilres Domini Capitulares decreta eadem in toto approbarunt, vimque et robur suum obtinere debere dictarunt.

[860] s. 244. *Quietatur p. Żeliński*. Quoniam perilris Żeliński ad eximenda ab Aurifabro **candelabra**, virtute decreti Capituli sui deputatus, registra tam perceptarum ex collectis a benefactoribus et massa Capituli, quam erogatarum in rem Aurifabri et coëmptionem notabilis quantitatis seu residuitatis ad complementum ponderis deficientis argenti summarum liquide producit, et easdem perceptas summas manifeste erogasse demonstrat, proinde, praemissa eidem pro suscepto labore debita gratiarum actione, praesentibus de praemissis quietavit. Ac considerando in tot negotiis Capituli sollicitos eius labores, eundem ad actum praesentis eius adventus pro praesenti agnovit. Registra eadem perceptarum et erogatarum summarum manu perilris praesidentis Capituli sui subscripta, actis suis inserere mandavit, in tenore sequenti legatur ex copia hic inserta<sup>81</sup>.

[861] s. 244—245. *Breviarium a p. rmo Awedyk donatum*. Perilris rmus Awedyk Metropolitanus Gnesnensis et loci praesentis canonicus, benigno suo erga ecclesiam praesentem affectu, Breviarium<sup>1</sup> [s. 245] ad chorum multum commodum et decorum perpetuo ecclesiae praesenti applicavit. Pro quo ei Rmum Capitulum debitas gratias egit.

[862] s. 245. *Inventarium ecclesiae*. Produxerunt perilres anteacto capitulo suo deputati inventarium rerum ecclesiasticarum, per conscriptum verificatum et collectum. Cum tamen res noviter accessae nondum in eodem inventario reperiuntur, proinde Rmum Capitulum per eosdem perilres deputatos adimplendum idem inventarium indilate sanxivit.

[863] s. 246 (10 Dec.). *Candelabra stannea ex summa p. Zajączkowski*. Multum contribuit perilris Zajączkowski confectis ad altare in Capella Lipsiana candelabris stanneis, pro quo eidem Rmum Capitulum gratias debitas egit — —

[864] s. 248. *Specula ad Sacristiam*. Ad Sacristiam specula quattuor perilris Procurator, ut solvat ex massa, obligatur. Non tamen pluri pretio quam sex aureis hungaricalibus. Pro quibus perilris rmus Awedyk, ex sua munificencia erga ecclesiam praesentem, contribuit adpraesens aureos hung. duos, pro quo eidem Rmum Capitulum gratias egit.

<sup>1</sup> Opuściłem wadliwy kustos pro.

<sup>81</sup> Rachunków tych trzeba szukać w aktach gospodarczych.

## 1756

D. 15 Ianuarii, in capitulo partiali extraordinario:

[865] s. 252. *Deputantur ad revisionem regestrorum*. Post fata per-  
ilris Tarnowski canonici et procuratoris loci praesentis sine testamento  
decessi<sup>82</sup>, conscribendi inventarii rerum fati eius derelictarum, pensan-  
dorumque regestrorum perceptarum et erogatarum summarum ex pro-  
ventibus bonorum capitularium et aliis provenientiis pullulantium, tum  
quorumvis onerum tam per olim praedictum perilrem Tarnowski con-  
tractorum, quam eidem debitorum perilris rmus Custos onus in se su-  
scepit. Ad revisionem vero bonorum et perficiendum in eisdem calculum  
perilris Zajaczkowski adpraesens unanimi voto et assensu in locum dicti  
olim p. Tarnowski **procurator** electus et expostulatus, tum perilris rmus  
Karśnicki deputantur. Qui etiam massam Capituli revidebunt, denumera-  
ri facient, futuroque capitulo omnia referent. Demum obligatur prae-  
sens perilris modernus Procurator, ut anniversaria, consolationes et re-  
fectiones indilate exsolvere perilibus capitularibus dignetur.

[866] s. 252. *Cruce argentea*. Crucem argenteam ex Ecclesia Collegia-  
ta praesenti perilris rmus Świnarski canonicus cathedralis Gnesnensis  
pro functione sua praesidentiali in Tribunali Regni commodavit. Quae  
itaque crux quandoquidem per manus perilris rmi Awedyk eiusdem  
Metropolitanae Gnesn. et ecclesiae praesentis canonici, Curiae Suae Cel-  
situdinae Primatialis generalis auditoris est adpraesens restituta. Proinde  
Rmum Capitulum pro restituta gratias egit.

D. 20 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[867] s. 258. *Alba ad Sacristiam*. Perilris Moline canonicus loci prae-  
sentis ad coronas, ab alba post fata olim celmi Teodori Potocki primatis  
Regni ad Sacristiam praesentem destinata et tractu temporis deteriorata,  
carbasum suam propriam dedit et eandem restauravit, et eandem itidem  
Sacristiae praesenti applicavit. Pro quo Rmum Capitulum gratias egit.

[868] s. 258. *Sepulcrum pro Feria 6-ta Magna*. Ilris Jaramowski vi-  
ceustos Ecclesiae Collegiatae praesentis proposuit in capitulo praesenti  
diminuendam structuram Sepulcri in diem Parasceves comparandi, uti  
vetustate deteriorati. In quo negotio ad conferendum cum eodem ilri Ja-  
ramowski perilrem Procuratorem Rmum Capitulum obligavit.

D. 9—16 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[869] s. 262 (10 Iun.). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Lectis sta-  
tutis, decretis reformationum et visitationum [s], decretorumque tam an-  
teacti capituli generalis et partialium recapitulatione facta, Rmum Capi-  
tulum eadem decreta in toto ratihabuit.

[870] s. 268—269 (15 Iun.). *Tabella fundationum*. Reassumitur decre-  
tum anterioris capituli obliganturque perilres [s. 269] deputati, ut quan-  
tocitius eandem tabellam fundationum cum sufficienti descriptione con-  
ficere et parieti **Sacristiae** affingere dignentur.

[871] s. 269. *Liber ordinationis summarum transformandus*. Quoniam  
summae Capitulum suum concernentes multae statum suum primitivum  
et locationes inscriptionibus originalibus determinatas immutarunt, sic-  
que in libro ordinationum non comperitur sufficiens status earundem  
moderni enucleatio. Proinde committitur rmdo **Notario**, ut eundem trans-

<sup>82</sup> Kan. St. Tarnowski, prokurator zm. 11 I 1756. Por. pryp. 29.

formet, pro quo eidem Rmum Capitulum florenos trecentos in compensationem laboris assignavit.

[872] s. 269. *Thesaurus Ecclesiae constituitur*. Considerando varias in calamitatibus caristiis aliisque de manu Dei casibus necessitates, provisam in obvenientibus, quae Deus avertat, periculis intendentes erigere massam, Perillustres Capitulares sanxiverunt, praesentibusque in perpetuum statuunt et ordinant, ut quotannis, post peractam perilris Procuratoris calculationem, ex residua ab expensis massae Capituli summa, per perilrem Procuratorem derelinquenda, duo millia florenorum polon. separentur et ad Thesaurum distinctum reponantur. Quae itaque summa in nullas communes necessitates convertatur, sed indimute quotannis seiuncta conservetur. Et ad eum effectum Perilres Capitulares ex moderna collecta, ultra expensas derelinquenda, eandem summam duorum millium flor. polon. seiunctam conservare separatim ad ulteriorem collectam sanxiverunt.

[873] s. 270. *Inventarium bonorum*. Perilres rmi ad calculum et revidenda<sup>k</sup> bona deputati inventarium eorundem bonorum capitularium confecturos se obligarunt.

[874] s. 270—271. *Mensura pro adoribus*. Maxima circa calculationem difficultas ex usu diversarum in praediis pro adoribus mensurarum. Cui Rmum Capitulum subveniando censuit praesentibusque decernit, et transtem mensurae civitatis pro dimensionsatione in allodiis adorum constituit. Iam vero pro [s. 271] ordinariis hominibus inserviendam et emensuratione hordei pisti, pro cerevisia et cremato antiquo usu mensuram minorem, roz chodnia nuncupatam, ordinavit ordinatque per praesentes.

[875] s. 272 (16 Iun.). *Crux aurea et torquis*. Ilmus Decanus et praesidens capituli praesentis exposuit intentionem sui in solvendis adaequato valore cruce et torque aureis, in tumultu celmi Węzyk<sup>83</sup> compertis. Cuius postulationi Rmum Capitulum annuendo, easdem crucem et torquem auream, iuxta taxationem perficiendam, eidem ilmo Decano<sup>1</sup> promisit.

[876] s. 272. [*Procurator Capituli: Zajączkowski (post mortem Tarnowski) — Zajączkowski*].

D. 19 Iunii, in capitulo partiali extraordinario:

[877] s. 273. *Aurei nummi*. Retulit perilris Procurator, quod in massa Capituli plus quam trecenti aurei hungaricales inadaequati et defectuosi ponderis reperiuntur, per idemque pondus minutum ad nullam quampiam necessitatem converti possunt. Proinde Rmi Capitulares, aliter iisdem consulere non valentes, pro praesentis seu refectionibus perilres praelatos et canonicos ex praesentaneo dimidio anni concernentes convertendos et dispertiendos sanxivit, ea adiecta conditione, ut ad quemlibet aureum nummum perilris Procurator medietatem deficientis ponderis annumeret et cuique persolvat.

D. 7 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[878] s. 278—279. *Census a retentoribus et moneta*. Incusat rndus

<sup>k</sup> reddenda akta.

<sup>1</sup> Znajduje się tu drugi raz eidem.

<sup>83</sup> Arcybp i prymas Jan Węzyk zmarł 27 V 1638.

**Notarius** renitentiam dnorum censistarum, qui stato moderno tempore et multa, respectu praesertim aureorum nummorum defectum ponderis biaequati in se continentium, difficultate in exsolutionem retentorum censuum, nonnisi aurum exigui ponderis aut in moneta pro aureo uno tinphones tredecim sextarium unum. Nonnulli tinphones quattuordecim sine [s. 279] sextario offerunt. Quapropter Rmum Capitulum, habito respectu proxime imminuentis quartualis<sup>84</sup>, decrevit, quatenus idem rndus Notarius ad minora collegia se in hoc negotio referat, et si in pensionibus eadem collegia concernentibus pro aureis nummis quattuordecim tinphones absque sextario susceptura se obtulerint, etiam a retentoribus in hac quantitate census retentos recipiant?

D. 8—15 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[879] s. 285. *Recapitulatio*. Lectis statutis, decretis reformationum, tum anteacti capituli generalis atque partialium, eadem relecta decreta praesens Rmum Capitulum ratihabuit.

[880] s. 286. *Pallae et bursae*. Exigentiam in Sacristia rndus Vicecustos pallarum et bursarum in praesenti capitulo intulit. Proinde Rmum<sup>1</sup> Capitulum perilri Procuratori commisit, ut pro comparandis praemissis, quot et quantum potuerit, ex massa capitulari tribuat.

[881] s. 287—288 (10 Dec.). *Tabella fundationum absolvendarum*. Perilris rmus Karśnicki cathedralis Plocensis et loci praesentis canonicus, virtute decreti in anteacto capitulo generali Festorum Pentecosten lati, fecit codicillum omnium obligationum et funda[s. 288]tiorum in ecclesia praesenti absolvendarum. Idemque sufficienter conscriptum in praesenti capitulo produxit et praesentavit. Quo capitulariter relecto, eidem perilri rmo Karśnicki Perilres Capitulares pro suscepto circa praemissa labore gratias egerunt et in tabella ad idem parata parieti ad **Sacristiam** affingere mandarunt.

[882] s. 291 (15 Dec.) *Inventarium bonorum*. Reassumuntur decreta anteacti capituli sui exposcunturque perilres Deputati, ut inventarium bonorum capitularium conficiant.

## 1757

D. 5 Februarii, in capitulo partiali ordinario:

[883] s. 294. *Crux aurea et torquis*. Compertam in tumultu ilmi Węzyk archieppi Gnesnensis crucem auream cum torque, cum ilmus Dobiński non acquisivit, ilmus quoque Węzyk episcopus Chełmensis, in memoriali proavi sui easdem desiderasse constat. Proinde Rmum Capitulum votis eius annuendo, easdem crucem et torquem ponderari et in manus perilris rmi Karśnicki cathedralis Plocensis et loci praesentis canonici tradendas, per eundem vero suprascripto ilmo episcopo Chełmensi transmittendas permisit permittiturque praesentibus.

D. 19 Februarii, in capitulo partiali ordinario:

[884] s. 295. *Litterae innotescentiales de capitulo optionis*. Post subsecutam per perilrem rmum Szczepański canonicatus Ecclesiae Collegiatae praesentis favore p. rmi Sztoltman<sup>85</sup> resignationem, Perillu-

<sup>1</sup> Skróty wykonane dwukrotnie.

<sup>84</sup> W kolegiacie dokonywano wypłat kwartalnie.

<sup>85</sup> Jakub Sztoltman dr ob. prawa, m.in. kan. łow. w l. 1757—1766.

stres Capitulares, insistendo legibus et consuetudinibus suis, in ordine ad optandam avenam strenalem diem 5 Martii, in sabbato post dominicam primam Quadragesimae in anno praesenti proxime venturo incidentem, assignarunt. De quo termino omnibus, quorum interest, innotesci voluerunt innotescuntque per praesentes litteras ad fores **Capitulares** affingendas.

D. 5<sup>m</sup> Martii, in capitulo partiali ordinario:

[885] s. 296. *Reponit crucem p. rmus Karśnicki*. Virtute anterioris decreti Capituli sui perilris rmus Karśnicki crucem auream in tumulto ilmi Wężyk archieppi Gnesnensis cum torque comperitam, et circa requisitionem ilmi Wężyk episcopi Chelmensis eidem per manus p. rmi Karśnicki communicatam, et denuo huc Łovicium retrotransmissam, isidem p. rmus Karśnicki in praesenti capitulo comportavit et in actu reponit. De qua comportata et restituta eundem Rmum Capitulum quietavit quietatque praesentibus.

[886] s. 297. *Illatum perilris Custodis*. Reprodixit in praesenti capitulo perilris Piaggia custos loci praesentis litteras testimoniales ab ilribus magcis Senatoribus et Ministris Regni super distinctas in Regno ilris magci capitanei Łoviciensis<sup>86</sup> praerogativas et auctoritates, eidem virtute iurium et privilegiorum servientium datas, curaue et sollicitudine perilris rmi Awedyk cathedralis Gnesnensis et loci praesentis canonici, Curiae Suae Celsitudinis Primatialis generalis auditoris et iudicis, ad causam ratione Custodiae Łoviciensis in Urbe Romana agitatam exportatas, quas, exhibita gratiarum actione, in **Archivo** conservandas Capitulum censuit<sup>87</sup>.

D. 31 Maii — 13 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[887] s. 301. *Lectio statutorum et recapitulatio*. Lectis statutis, reformationibus decretisque tam in anteacto generali, quam et partialibus subsecutis et ad actum praesentis capituli latis, eadem decreta Perillustres Capitulares ratificarunt.

[888] s. 302 (1 Iun.). *Liber ordinationis summarum*. Reassumitur antierius decretum Capituli sui obligaturque perilris Custos, ut cum rndo **Notario** transformet librum ordinationis summarum, salva rndo Notario anteriori decreto praecauta compensatione.

[889] s. 308 (6 Iun.). [*Procurator Capituli: Zajęczkowski — Zajęczkowski*].

[890] s. 309. *Summa Thesauri*. Manutenendo decretam in anteacto capitulo summae duorum millium florenorum polon. quotannis ex qualibet perilris Procuratoris pro Thesauo Capituli repositionem: quoniam in anno praeterito p. Procurator ex eadem summa iam in anteriori separata et reposita, summam pro coëmendis bobus ad bona Kurdwanów notabilem expendit, proinde Rmum Capitulum eundem p. Procuratorem obligavit, ut quamprimum modum habere potuerit eandem adimplere curet; ex praesenti quoque provenientia summa similis reponatur.

[891] s. 311 (13 Iun.). *Rndo Notario 200 flor.* — — *assignantur*. Ut alacrior ad quaevis onera rndus Notarius reddatur, commendatur per-

<sup>m</sup> 6 akta.

<sup>86</sup> Także ten starosta łowicki (Wężyk) był senatorem (kasztelan rawski).

<sup>87</sup> O nie tak ważny spór poruszano niebo i ziemię.

ilri Procuratori, ut eidem ex massa florenos ducentos pro laboribus in anno praesenti exsolvat.

D. 13<sup>a</sup> Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[892] s. 314. *Imminens visitatio Ecclesiae Collegiatae praesentis*. Litteris innotescentialibus determinata a Celsissimo Principe visitatio Ecclesiae Collegiatae praesentis in spatio trium septimanarum ab actu intimationis. Proinde, ut Celmus Princeps circa condescensionem sui omnia parata praeveniat, deputantur ad **inscribendum** statum ecclesiae perilres Archidiaconus, Karśnicki et Sztoltzman; ad connotanda iura p. Żeliński; ad conscribendum quoque inventarium ecclesiasticum perilres Custos et Tarnowski<sup>88</sup>. Qui, conscriptis omnibus graphice distinctim et enucleatim, in termino visitationis ad informationem Celsissimo porrigent.

D. 10 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[893] s. 316. *Sepulcra intra aedes ecclesiae*. Intra aedes Ecclesiae Collegiatae praesentis sepulcra numerosa, nullis signis notata et ignote, ob uniforme pavementum, latentia. Nonnulla vix circa purgationem comperta, licet iam conscripta. Ut tamen lucidius appareant, Rmum Capitulum per conductum adpraesens lapidarium signis aliquibus notabilibus consignanda statuit et decrevit; curamque praemissorum circa impensas ex massa Capituli ilri **Vicecustodi** commendavit.

D. 1 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[894] s. 317. *Salutatio Celmi Principis circa visitationem*. Determinatam Celmi Principis D. N. C[lementissimi] Collegiatae praesentis visitationem, debito cultu Perilres Capitulares suscipere intendentes, ad salutandum eundem rmum Custodem obligarunt.

D. 13 Octobris, in capitulo partiali extraordinario:

[895] s. 319. *Celmus Princeps in Capitulari salutandus*. Circa visitationem in Capitulari Celmi Principis D.N.C. periliris rmus Karśnicki munus salutandi eiusdem in se suscepit.

D. 21 Octobris, in capitulo visitationis:

[896] s. 320. *Capitulum praelatorum et canonicorum Ecclesiae Collegiatae Łowiciensis sub tempus visitationis generalis celmi* — — Adami Ignatii de Liptów et Orawa Komorowski — — f. 6 post dominicam 20 post Pentecosten, die scilicet 21 Octobris 1757, praesentibus periliribus Archidiacono praesidente, Custode, Zajączkowski, Karśnicki, Janicki, Wężyk, Żeliński, Tarnowski, Sztoltzman canonicis agitatum.

D. 9—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[897] s. 329—330 (13 Dec.). *Tabella fundationum*. Ad revidenda iura Collegiorum Minorum, tam scilicet Vicariorum, quam Psalteristarum et Rorantistarum deputatur periliris rmus Sztoltzman. Qui facta ex reinductis sibi inscriptionibus, erectionibus et aliis quibusvis documentis revisione [s. 330] fundationes et obligationes eorundem collegiorum conscribet.

## 1758

D. 1 Aprilis, in capitulo partiali ordinario:

[898] s. 339. *Purgatio pyxidis*. Respectu conservationis seu purga-

<sup>n</sup> 31 akta.

<sup>88</sup> Józef Tarnowski h. Rola, kan. łow. i prep. tamt. Kol. Psalterzystów w ł. 1756—1788.

tionis pyxidis negotium ad capitulum generale differtur.

D. 14 Maii — 1 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[899] s. 341 (15 Maii). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Lectis statutis decretorumque tam reformationum, quam generalis anteacti et partialium capitulorum facta recapitulatione, eademmet decreta in partialibus capitulis lata per Illustres Capitulares ratihabuerunt.

[900] s. 349 (27 Maii). *Liber ordinationis summarum*. Reassumitur antierius decretum in puncto annotatae consolationis rndo Notario pro reducendo libro ordinationis summarum.

[901] s. 350—351. *Perilres Procuratores duo constituuntur*. Cum ob involutionem et prementiam negotiorum iuridicorum unum perilrem Procuratorem rei oeconomicae et obvenientibus continuo causis nullatenus sufficere posse Capitulum perpendit: proinde subveniendo tam utilitati bonorum, quam faciliori negotiorum quorumvis promotioni, defensionem et vindicationem, in **Procuratorem** seu Commissarium **Bonorum** p. Zajączkowski, p. quoque Żeliński in Procuratorem **Causarum** votis suis [Domini] elegerunt. Ut vero quisque eorum notum sibi habeat officii sui munus, sequentem Perilres Capitulares fecerunt distinctionem. Perilris Zajączkowski bona administrabit, massam tenebit, proventus perceptae et expensas faciet, fabricam ecclesiae curabit, inventarium bonorum conficiet. Habebit pro labore frumenta in grano ordinaria, prout hucusque usus obtinuit, et praesentiam tempore functionis ac medietatem consolationum in capitulo Conceptionis Bmae Virginis Mariae. Perilris quoque Żeliński iura et causas ac [s. 351] census vindicabit, eosdemque recipiet, de receptis quietabit, perceptos Procuratori massae reddet, librum quietationum tenebit et census in eundem inscribet. Praesentiam tempore functionis et negotiorum; et medietatem consolationum tempore Immac. Conceptionis Bmae Virginis Mariae capituli habebit; pro consolatione seu labore percipiet florenos quingentos, id est eam pensionem, quam hactenus percipiebat Procurator.

[902] s. 352 (29 Maii). *Crux aurea Wężykoviiana*. Crucem parvam auream cum torque, in tumulto olim ilmi Węzyk archieppi Gnesnensis compertam, iuxta pondus et valorem debitum, perilri Węzyk canonico<sup>89</sup>, pro memoriali proavi sui, sive alii cuiquam iustum pretium offerenti Perillustres Capitulares (salvo consensu Celmi Principis) dividendam promiserunt.

[903] s. 354 (1 Iun.). *Consolatio rndo Secretario Capituli*. Providendo citiori censuum, in notabili quantitate retentorum, vindicatione ac obvenientibus saepe in diversis locis uno tempore causis, quibus unus perilris Procurator sufficere nequit, ut rndus Notarius adaugeat curam necessari in praemissis iuvaminis, ipsi ultra competens salarium summa ducentorum florenorum polon. pro praesenti anno solvenda ex massa capitulari assignatur.

[904] s. 354. *Mensura pro adoribus*. Perilribus ad calculum deputatis committitur et insinuat per praesentes, ut mensuram in omnibus bonis capitularibus, tam pro mensuratione singulorum adorum ex alodiis, quam pro extradendis hominibus inserviendis ordinariis (facto moderamine) ac pro aliis expensis, obviando nimis circa calculum ex

<sup>89</sup> Kan. Wojciech Węzyk — jak przyp. 58.

diversitate mensurarum, earundem difficultatibus et perplexitatibus, constituent unam.

D. 8—14 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[905] s. 365. *Revisio libri foundationum*. Perilris rmus Sztoltzman cathedralis Chelmensis et loci praesentis canonicus deputatur ad revisionem libri foundationum absolvendarum. Qui p. deputatus, utrum debito et punctuali cursu foundationes praemissae absolutae et in libro iuxta mentem anteriorum decretorum sunt annotatae, revidebit Capituloque relationem faciat.

[906] s. 367—368 (11 Dec.). *Relatio deputationis ad revidendum librum foundationum*. Retulit perilris rmus Sztoltzman, ad revisionem libri foundationum connotandarum deputatus, quod in eodem libro omnes et in[s. 368]tegrae sint connotatae foundationes, praeter missas binas Rorate et ad Altare Sanctae Victoriae per rndum Dąbrowski absolvendae. Proinde subveniundo integritati foundationum, Rmum Capitulum eidem praesenti iniungit, ut de absolutis iisdem punctualiter missis doceat. Quo demum spectat iura Collegii Rorantistarum, iam toties per eundem rndum Dąbrowski comportari iniuncta, adusque non comportata. Obligavit Rmum Capitulum perilrem Procuratorem, ut eidem retineat adusque ex quartuali praesenti respicientem provenientiam, quoadusque eadem non comportabit — —

[907] s. 368. *Altare S. Rochi*. Post recessum rndi Michalski vicarii ecclesiae praesentis et altariae Sancti Rochi, vacat adusque idem altare. Ad quod **documenta** rndus Michalski retinet. Cum vero adpraesens Łowicii reperitur, deputatur ad eundem rndus Notarius, ut documenta praemissa recipiat.

[908] s. 368—369. *Inventarium ecclesiae*. Cum statuta et decreta reformationum indigant quotannis faciendam rerum ecclesiasticarum revisionem et conscribendum earundem inventarium, proinde deputatur per praesentes perilris Meline. Ut easdem [s. 369] cum inventario recentior pro visitatione conscripto verificet, noviter accessas conscribat.

[909] s. 372 (13 Dec.). *Erectio Altaris S. Ioannis Nepomuceni*. Sat sufficienti demonstratione omnium et singularum summarum doti Altaris Sancti Ioannis Nepomuceni competentium et provenientiarum quarumvis ac obligationum, sculptam non sine labore per perilres ad id deputatos erectionem, cum sibi Rmum Capitulum adpraesens perlectam habuerit, eisdem p. rmis deputatis debitas gratiarum actiones pro suscepto onere et effectu exhibuit. Praesentique perilri rmo Auditori<sup>90</sup> approbationem eiusdem erectionis (praeviis litteris cridae quantocius curandis) commendavit. Et postquam eadem erectio approbata fuerit<sup>91</sup>, denuo eandem in *acta* sua capitularia ingrossandam determinavit.

[910] s. 372. *Altare S. Rochi*. Licet rndus Notarius Capituli sui recepta fuisse a rndo Michalski **documenta** ad Altare Sancti Rochi Capitulo refert, verumtamen cum nonnullae necessitates ad constituendum altariam instant — —

<sup>90</sup> Kan. J. M. Awedyk — jak przyp. 41.

<sup>91</sup> Odnowienie erekcji Ołtarza i Bractwa Św. Jana Nepomucena przez arcybpa Komorowskiego nastąpiło 20 XII 1758. Pierwsza erekcja, przez prym. Potockiego, miała miejsce 25 IV 1737.

[911] s. 379 (14 Dec.). *Revisio et conscriptio librorum*. Ad revisionem et conscriptionem librorum **Bibliothecae**, in Archivo Capitulari existentis, obligatur praesenti perillris Meline [canonicus].

## 1759

D. 2 Martii, in capitulo partiali extraordinario:

[912] s. 382. *Fata celmi olim principis Komorowski A. G.* In die hodierna, nempe 2-da Martii, Skierniewiciis celmus princeps Adamus Ignatius de Liptów et Orawa Komorowski Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopus Gnesnensis, legatus natus, Regni Poloniae et M. Ducatus Lithvaniae primas primusque princeps ultimam vitae suae posuit periodum. Quod cum primum ad Capitulum devenerit, non sine ingenti dolore et lacrimis invidi fati pastoris sui amantissimi lugubrem suscepit notitiam. Cuius munifica beneficia Capitulo et Ecclesiae praesenti in vita praestita, cum nos cogunt merita fore aeternae gratitudinis memores, movent etiam singularius ad exhibenda quaevis demortui obsequia. Et hinc est, quod Capitulum praesens ex debito et praecipuo erga indolubilem saeculis pastorem suum amoris motivo ad assistentiam corpori perillres Adalbertum Piaggia custodem et Iacobum Sztoltzman canonicum deputavit. Ac quidquid<sup>o</sup> ex **Sacristia** praesenti postulatum fuerit, praevis scripto reversali seu annotatione in seorsivo registro rerum extraditarum, commodari censuit per praesentes.

D. 16<sup>p</sup> Martii, in capitulo partiali extraordinario:

[913] s. 383. *Cum Collegio Vicariorum conferendum*. Rndi Vicarii Ecclesiae Collegiatae praesentis **i**us aliquod **spolii** post defunctos sibi vindicare et competere testantur, de quo idem Capitulum non est informatum. Ut vero sub tempus modernae sepulturae Celmi Primatis D. Clem. aliquod inconveniens non oriat, perillris dnus Praepositus onus cum iisdem tractandi in se suscepit.

[914] s. 383. *Aurum pro calice*. Negotium respectu auri trecentos circiter aureos hungaricales in pondere suo adaequantis, per celmum olim Primatem pro calice ad Ecclesiam Collegiatam praesentem destinati, suspenditur ad adventum perillris Procuratoris.

D. 24 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[915] s. 386. *Aurum pro calice*. In suspenso ad adventum perillris Procuratoris negotio respectu auri pro calice, per celmum olim Primatem destinati, cum p. Procurator per p. rmum Awedyk, praevis scripto reversali ad Artifices receptum fuisse demonstrat, proinde Rmum Capitulum idem negotium ad adventum rmi Awedyk suspendit.

[916] s. 386. *Tympana*. Respectu tympanorum ex Ecclesia Collegiata praesenti Squierniewiczium celmo olim Primati commodatorum perillres ad alia negotia tractanda cum exsecutoribus deputati etiam eadem tympana expostulabunt.

[917] s. 386. *Ordinatio devotionis funebris*. Ut in futuro actu funeris Celmi olim Primatis, die 28 mensis praesentis in Ecclesia Collegiata praesenti subsequendo, ordo bonus servari queat, pulsum pro

<sup>o</sup> quod quod *akta*.

<sup>p</sup> 15 *akta*.

devotione hora 3-tia, ut officium matutinum per Vicarios anticipate absolvatur, Perillustres Capitulares determinarunt. Demum inchoatis vigiliis, per extraneos sacerdotes missas inchoandas statuerunt. Et praesertim conventibus regularibus seorsum altare assignandum. Pro Perillustribus vero Capitularibus in **Sacristia** locum ad absolvendas missas assignarunt. Demum subveniundo securitati ecclesiae, homines tam ab infra, quam ab extra cum **aqua** locandos, ne quid ex numeroso eruat lumine, decreverunt. Ceteramque curam et vigilantiam omnium rudo **Vicecustodi** Ecclesiae Collegiatae praesentis commendarunt.

D. 28 Martii, in capitulo partiali extraordinario:

[918] s. 387. *Res mobiles ecclesiasticae circa funus*. Perilres Capitulares praesentes statuerunt, ut ilris Vicecustos loci praesentis nullas res cuiquam circa funus adpraesens reperibiles sine Capituli sui consensu extradat.

D. 31<sup>a</sup> Martii, in capitulo partiali ordinario:

[919] s. 388. *Deputatio ad celmum eppum Cracoviensem*. Celmus princeps episcopus Cracoviensis<sup>92</sup>, amore ecclesiae et Altaris Sancti Ioannis Nepomuceni, ad aedes Ecclesiae Collegiatae praesentis siti, **reliquiare** argenteum cum **reliquiis** eiusdem S. Ioannis ecclesiae praesenti applicavit. Quas quoniam in praesenti capitulo comportatas Rmum Capitulum cernit, ut beneficio et indesinenti amoris debita exhibeantur gratiae, perilris Rmus Dominicus Kielczewski cathedralis Cracoviensis canonicus, loci praesentis praepositus, cum toto Capituli gremio, eidem celmo principi eppo Cracoviensi, pronunc Lovicii praesenti, sese gratias acturum obtulit.

[920] s. 388. *Res ex funere celmi olim Primatis derelictae*. Res ex funere celmi olim Primatis derelictas perilris Custos, cum ilri Vicecustode Ecclesiae Collegiatae praesentis, registrare dignabitur.

[921] s. 388. *Perisoma, pastorale et crux*. Perisoma magnum, tum pastorale et crux argentea, celmo olim Primati communicata, quoniam adpraesens sunt Capitulo restituta, proinde pro reliquis rebus restituendis perilres anteriori decreto deputati agere dignabuntur.

[922] s. 388. *Tympana*. Perilres exsecutores tympana, celmo olim Primati communicata, Varsaviae adpraesens exstasse fatentur. Quae quamprimum exinde huc asportari valuerint, restituenda determinant.

[923] s. 388—389. *Res ex Sacristia celmi olim Primatis*. Considerando notabilem rerum sub tempore funeris in ecclesia praesenti deteriorationem, Perillustres Capitulares ad perilres Rmos [s. 389] Kosicki et Awedyk exsecutores celmi olim Primatis supplicarunt, ut in compensationem praemissorum res aliquas ex Sacristia derelictas ecclesiae praesenti applicare velint. Quorum ratione iidem perilres Rmi exsecutores cum aliis coexsecutoribus sese collaturos obligarunt. Demum desolationem circa funus idem tam in muro, quam et postumento ecclesiae apparentem eisdem perilribus Rmis exsecutoribus commendarunt. Iisdemque pronunc praesentibus, ut amore Capituli iustitiam tam in legatis testamento, quam in aliis iustis et legalibus praetensionibus atque rebus commodatis, nondum restitutis, accelerare dignentur, insinuarunt.

<sup>91</sup> 30 akta.

<sup>92</sup> *Kajetan Ignacy Soltyk h. włas., dr ob. prawa, biskup krakowski w l. 1759—1788, był kiedyś dwukrotnie kan. łow.*

D. 3 Aprilis, in capitulo partiali extraordinario:

[924] s. 389—390. *Pastorale commodatur*. Pastorale argenteum ilmus Bajer eppus modernus Culmensis<sup>93</sup> commodari sibi ad breve tempus postulat. Cuius postulationi [s. 390] Rmum Capitulum annuendo, praevio scripto reversali, commodandum decrevit.

[925] s. 390. *Desideria ad ilmos Exsecutores p. m. celmi olim Primatis*. Quoniam tam ex testamento, quam ex codicillis p. m. celmi olim Primatis D. Clem. patet summas et quidem: 1-mam viginti millium florenorum polon. pro anniversariis; 2-dam viginti millium [flor. pol.] pro Capella Smae Crucis; 3-tiam 10000 flor. pol. pro Sacristia Capitulari; 4-tam 18000 flor. pol. pro Emeritis circa Ecclesiam Collegiatam praesentem Łowiciensem; 5-tam triginta aureorum hungar. pro Sacristia; 6-tam ex anno gratiae a mense Ianuario anni currentis ex omnibus fructibus et redditibus Dueatus Łowiciensis provenientibus; tum segetes anni praeteriti 1758 pro mausoleis in Ecclesia Collegiata praesenti, secundum obloquentiam testamenti exstruendis, Capitulo et Ecclesiae Collegiatae praesenti legatas fuisse. Proinde exposcuntur praesentes perilres a Capitulo sui Deputati, ut praemissorum omnium ratione cum ilmis Exsecutoribus indilate tractent et exsolutionem summarum earundem exposcant. Qui quidem perilres deputati etiam ratione periscmatum sericorum in frustis quadraginta commodatorum, tum baldachini, iam alias restituti, verumtamen notabiliter deteriorati, atque tympanorum, similiter communicatorum, nondum restitutorum, tractabunt. Tum quoque deteriorationem sub tempus funeris apparatus, postumenti in ecclesia, scamnorumque, destructionem albedinis in parietibus muratis ecclesiae ex luminibus ardentibus, confuscationem exponent et compensationem praemissorum desiderabunt. Demum de dispositione summarum in subalterno codicillo specificatorum. Et in speciali ratione fundationis Cancellariatus mentem exsecutorum exquirent et pariter pro solutione summarum instabunt. Ac fine cultus Divini et boni Ecclesiae omnia efficaciter terminari postulabunt.

D. 5 Aprilis, in capitulo partiali extraordinario:

[926] s. 391. *Apparatus ex Sacristia celmi olim Primatis et cappa*. Quoniam ex relatione fidedignorum testium et nonnullis connotatis constat celmum olim Primatem D.N.C. apparatus cum cappa et alba ad ecclesiam praesentem disposuisse: proinde obligatur praesentibus perilris canonicus Żeliński, ut memoriale praemissorum ratione ad exsecutores conficiat idemque indilate porrigatur.

[927] s. 391. *Deputantur ad levandas summas legatas*. Perilres Custos, Zajączkowski procurator et Żeliński ad numerandas summas, per celmum olim Primatem ad ecclesiam praesentem legatas, postquam tempus exsolvendi summis iisdem per ilmos exsecutores determinatum fuerit, per praesentes deputantur. Quibus plenaria facultas respectu summarum earundem quovis meliori modo componendi easdem, levandi, recipiendi et ad **aerarium** massae capitularis comportandi datur et committitur. Dispositio vero earundem levandarum summarum ad futurum imminens generale capitulum reservatur.

<sup>93</sup> Biskup chełmiński Bajer (1758—1785) również był przedtem kan. łow. Por. przyp. 22.

D. 16 Aprilis, in capitulo partiali extraordinario:

[928] s. 391. *CruX argentea*. Cum celmus nominatus Princeps archiepiscopus Gnesnensis<sup>94</sup> commodari sibi crucem argenteam ex Ecclesia Collegiata praesenti postulat, proinde Perilres Capitulares favendo eius postulationi commodari determinarunt.

D. 19 Aprilis, in capitulo partiali ordinario:

[929] s. 393. *Deputati ad tractandum respectu summae 160000 flor. pol.* Respectu dispositionis summae 160000 florenorum polon. pro fundatione **Cancellariatus** Loviciensis cum canonicatu Gnesnensi<sup>95</sup>, atque pro capellanis [Capellae] Smae Crucis in Ecclesia Collegiata Loviciensia, testamento et codicillis celmi olim Primatis D.N.C. legatae, perilres Archidiaconus et Custos cum quo intererit tractabunt.

D. 5 Maii, in capitulo partiali ordinario:

[930] s. 393. *Salutatio Celmi Principis*. Cum celmus princeps feliciter modernus ilmus rmus dnus Vladislaus Pomian a Łubna Łubieński archiepiscopus Gnesnensis, primas Regni in die crastino adventurus speratur, proinde, ut congrue suscipiatur, perilris Archidiaconus munus salutationis eiusdem in se suscepit.

[931] s. 393—394. *CruX, genuflexorium et alia commodantur*. Determinatam inante commodationem crucis argenteae ex Ecclesia Collegiata praesenti celmo Principi manutenendo, extunc referendam Celsissimo, Perilres Capitulares, cum supervenerit, censuerunt. Quae quandoquidem per Aurifabrum<sup>96</sup> est ponderata et manu ilris Vicecustodis in pondere suo circumscripta, proinde eadem ponderis descriptio actis inseritur in tenore sequenti: Anno Domini 1759, die trigesima Aprilis w Łowiczu. Waga i opisanie krzyża srebrnego Szembekowskiego<sup>97</sup>, na pożyczanie J. O. Xciu Jmci Władysławowi Łubieńskiemu arcybiskupowi gnieźnieńskiemu, prymasowi Korony Polskiej. 1-mo. Krzyż z gałkami, na którym pasyja i sztuki inne złociste nr 6, dico sześć i na gał[s. 394]ce aniołków nr trzy i różów trzy; w środku śruba żelazna. To wszystko waży grzywien czternaście, dico grzywien nr 14, i z żelazem w środku. 2-do. Do laski sztuk cztery, ważących grzywien nr 12, dico dwanaście. In summa grzywien nr 26. Do tego laska drewniana, okowana na końcu, z śrubą żelazną, i puzdro do tego krzyża. Franciszek Gruszewicz mp. Quandoquidem vero et genuflexorium sericum, aurea corona circumductum, commodandum similiter ab eodem Celmo Principe desideratur, idem etiam extradendum Perilres Capitulares sanxiverunt.

[932] s. 394. *CruX altera, Wężykoviiana et campanula, ac alia*. Cru-cem alteram, Wężykoviianam et campanulam parvam, tum perisomata parietalia coloris rubri, materiae a d a m a s z e k nuncupatae, carbaso rubri coloris subducta, in frustis triginta tribus, atque baldachinum ad requisitionem celmi Primatis feliciter moderni D.N.C. extunc commodari Perilres Capitulares permiserunt; suntque praemissa actu commodata.

D. 5—23 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[933] s. 396 (6 Iun.). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Lectis de

<sup>94</sup> Władysław Aleksander Łubieński h. Pomian, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1759—1767.

<sup>95</sup> Do fundacji pralatury kanclerskiej w Łowiczu nie doszło.

<sup>96</sup> Franciszek Gruszewicz złotnik w Łowiczu.

<sup>97</sup> Krzyż z daru arcybpa Krzysztofa Antoniego Szembeka.

more statutis ac decretis reformationum, tum et capituli praeteriti generalis atque partialium, eadem Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[934] s. 397 (7 Iun.). *Revisio libri fundationum*. Ad revidendum librum connotandarum fundationum deputatur per praesentes perilis Janicki<sup>98</sup>.

[935] s. 397—398. *Res ex funere celmi olim Principis derelictae*. **Res** ex funere celmi olim Principis derelictae non omnes commodo et usui ecclesiae necessariae esse videntur. Proinde deputantur per praesentes periles rmi Custos<sup>99</sup> et Awedyk, ut easdem pensare et dignoscere digredientur, et quae iis minus necessariae videbuntur, easdem taxare et divendere man[s. 398]dent, salva relatione Capitulo facienda.

[936] s. 398. *Inventarium ecclesiae*. Ad conscribendum et verificandum inventarium ecclesiasticum deputantur periles Meline et Tarowski.

[937] s. 400 (8 Iun.). *Liber ordinationis summarum*. Reassumitur decretum antierius intimaturque rndo Notario, ut eundem tempore captato conficiat.

[938] s. 402 (9 Iun.). *Sanctuarii duo novi constituuntur*. Considerando indispensablem auctionis numeri sacristarum necessitatem, perilis Zajączkowski canonicus loci praesentis [et procurator] ex proventibus a summis suis, pro ecclesia praesenti dispositis, summam centum florenorum polon. quotannis pro conservatione eiusdem sacristae convertendam et exsolvendam in perpetuum designavit. Quorum itaque sanctuariorum praesens capitulum sequentem fecit dispositionem, ut praeter sacellanum et calcantistam duo in perpetuum ex proventibus bonorum Strzelczew<sup>100</sup> omnino subsistant, tertius ex proventibus, ut supra, per perilrem Zajączkowski assignatis. Quartum vero capitulum praesens ex proventibus a summa undecim millium flor. polon. in et super bonis Zglinna<sup>101</sup> haerenti, per cels. olim principem pie defunctum Adamum Komorowski — — Capitulo demissa, pro fabrica ecclesiae et conservatione sacristae unius dispositis, conservandum similiter in perpetuum Capitulum statuit. Qui omnes quattuor, ut supra, constituti sanctuarii florenos centum quotannis percipere et propter debita obsequia in ecclesia ad pulsandas campanas spectare debebunt et tenebuntur.

[939] s. 404—405 (11 Iun.). *Crux aurea Wężykoviiana*. Compertam in tumulo celmi olim principis Wężyk archieppi Gnesnensis crucem auream cum tōrque, ponderis<sup>102</sup> [s. 405] aureorum hungar., ad ulteriorem dispositionem in Thesauro Capituli conservandam Capitulum censet.

[940] s. 407 (13 Iun.). *Summa 72 flor. pol. pro sebo ex Arce*. Ut perilis rmus Kosicki metrop. Gnesnensis et loci praesentis canonicus, generalis bonorum Archiepiscopatus commissarius, propter maiorem posteriori saeculo notitiam in inventariis summam septuaginta duorum florenorum polon. ex Arce pro sebo quotannis ad Ecclesiam Collegiatam praesentem provenientium annotari mandet, praesentibus eundem Rmum Capitulum supplicavit.

<sup>98</sup> Adam Janicki h. Rola, dr ob. prawa, m.in. kan. łow. w l. 1748—1771.

<sup>99</sup> Prał. kust. W. Piaggia — jak przyp. 2. — Por. nr 831.

<sup>100</sup> Strzelczew wieś w par. kolegiackiej.

<sup>101</sup> Zglinna wieś w b. pow. rawskim.

<sup>102</sup> Ciężaru nie podano.

[941] s. 408. *Cancellariatus, praebendarii et annus gratiae*. Negotium respectu foundationis Cancellariatus Łowiciensis cum canonicatu Gnesnensi per cels. olim pie defunctum Primatem dispositae in futuro capitulo Immac. Conceptionis BVM finaliter dcedendum capitulum praesens relinquendo, tractanda tam [cum] ilmis exsecutoribus, quam successoribus, pro exigentia temporis et negotii (etiam decisive cum auctoritate Celmi Principis) vigorem partialibus capitulis reliquit.

[942] s. 409 (16 Iun.). *Aurum pro calice a celmo Komorowski*. Sollemniori gratia favore celmi ilmi et rmi Adami Komorowski, immediate pie defuncti archieppi Gnesnensis, destinatum pro calice aurum ponderis trecentorum unius aureorum hungar., inante comportatum et extraditum, adpraesens vero per perilrem rmm Awedyk metrop. Gnesn. et loci praesentis canonicum ad conflandum receptum, cum adpraesens Rmm Capitulum praesens per manus eiusdem rmi Awedyk denuo recepit, eidem debitas rependit gratias. Ut autem minoris ponderis quantitas auri in igne consumpti pateat, circa conflationem absumptos a pondere aureos octo capitulum praesens demonstrat. Et sic conflati nonnisi pondus ducentorum nonaginta trium aureorum hungar. in se continere propter notitiam posteritati praesentibus elucidat.

[943] s. 410. [*Procuratores in annum sequentem electi: bonorum A. Piaggia, causerum I. Żeliński*].

[944] s. 411 (18 Iun.). *Status ecclesiae ad visitationem porrectus restituitur*. Cum perilris rmm Awedyk ex sua speciali gratia statum ecclesiae praesentis tam in erectionibus, fundis, foundationibus, obligationibus, dotationibus totoque situ Capituli et Ecclesiae, ac Collegiorum circa ecclesiam praesentem existentium pro inchoata, fatis demum interrupta, celmi olim Primatis visitatione porrectum, in praesenti capitulo reponit, eidem Rmm Capitulum praestita gratiarum actione, in actis propter informationem retinendum mandavit.

[945] s. 412 (19 Iun.). *Capella Komoroviana et Capitulare ac Sacristia*. Licet quidem complanatio cum ilmis successoribus ac exsecutoribus olim principis Komorowski confecta et conscripta (quam Capitulum per praesentes rati habet) et summam 20000 florenorum polon. pro exstruktionem Capellae Sanctissimae Crucis receptam fuisse demonstrat. Cum tamen idem punctum magis ad contextum testamentariae dispositionis dicti olim celmi Principis regulari videtur, et numquam possibilem sumptu eodem praemissae capellae exstruktionem Capitulo infert. Maxime, quod Sacristia et Capitulare aliam ante omnia exaedificationem exigit. Proinde Rmm Capitulum de transportatione Sacristiae et Loci Capitularis ac sumptibus sufficientioribus pro exstruktionem capellae memoratae vigorem tractandi cum ilmis exsecutoribus et successoribus etiam partiali capitulo relinquit.

[946] s. 413 (20 Iun.). *Posta*. Post abscessum perilris rmi Praepositi<sup>103</sup> complebunt negotium ratione componendae postae perilres Meline et Sztoltzman.

[947] s. 414. (21 Iun.). *Relatio ratione postae*. Quoniam Perillustres a Capitulo deputati cum nobili Lipski<sup>104</sup> pro posta in annum centum octo

<sup>103</sup> Prał. D. Kietczewski — jak przyp. 19.

<sup>104</sup> Jak przyp. 44a.

florenos solvenda composuerunt, pro annis vero retroactis flor. trecentos quinquaginta solvendo compactarunt: eoque intuitu contractum conscripserunt. Proinde Capitulum eundem ratione praemissorum conscriptum contractum praesenti ratihabet.

D. 7 Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[948] s. 422. *Usus mantoletorum et rochetarum*. Ut conformiter vestiti Perillustres Capitulares ecclesiam incedant, more aliarum ecclesiarum **tabellam** valvis capitularibus (cum denotatione in quibus festis mantoletis et rochetis uti debeant) affingendam Capitulum statuit.

D. 9—15. Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[949] s. 433 (10 Dec.). *Recapitulatio*. Lectis statutis reformationibus atque decretis tam generalis anteacti, quam et partialium capitulorum, eadem decreta Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[950] s. 435. *Inventarium ecclesiae*. Ad conscribendum inventarium ecclesiae deputantur parilres Sztoltman et Kaszowski<sup>105</sup>, quod commodo tempore conscriptum futuro capitulo generali porrigent.

[951] s. 441 (13<sup>r</sup> Dec.). *Capella Komoroviana et Sacristia*. Siquidem nondum secutus est effectus tractandi cum successoribus olim celmi Primatis tam intuitu capellae construendae, quam et Sacristiae, atque fundationis Cancellarius et capellanorum Smae Crucis. Proinde quodsi possibilitas permiserit (reassumpto decreto anterioris capituli generalis) vigorem tractandi etiam decisive partiali capitulo praesens Rmum Capitulum relinquit.

[952] s. 444 (14<sup>s</sup> Dec.). *Tabella frumentorum*. Comportatam per perillrem Custodem et Procuratorem bonorum<sup>106</sup> tabellam frumentorum, per p. Praesidentem<sup>107</sup> subscriptam, ad futurum calculum circa acta conservandam Perillustres Capitulares censuerunt.

## 1760

D. 26 Aprilis, in capitulo partiali ordinario:

[953] s. 450—451. *Deputantur ad formandam erectionem Praebendariorum Smae Crucis*. Cum praesenti capitulo, virtute litterarum cridae ad formandam erectionem Praebendariorum Smae Crucis fundationis Komorovianae, pro die 2-da Maii anno praesenti Skiernieviciis tempus determinatum fuisse constat: proinde pro eodem termino perillres Custos<sup>108</sup> et Janicki, cum praesentia ad reditum, deputantur. Quibus itaque perillribus deputatis datur facultas pro eodem [s. 451] termino comparando fundationem et erectionem praemissam acceptandi.

Dieb. 27 Maii — 9 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[954] s. 452 (28 Maii). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Lectis statutis, decretis tam reformationum, quam generalis immediati capi-

<sup>r</sup> 12 akta.

<sup>s</sup> Brak w aktach.

<sup>105</sup> Stanisław Kaszowski h. Janina, dr ob. prawa. m.in. kan. kaznodzieja łowicki od r. 1759, *prał. archid.* w l. 1774—1785.

<sup>106</sup> *Prał. Piaggia* — jak przyp. 99.

<sup>107</sup> *Prał. archid.* Marcinkowski — jak przyp. 21.

<sup>108</sup> *Prał. Piaggia* — jak przyp. 99.

tuli atque partialium, eademmet decreta Perillustres Capitulares ratiha-buerunt.

[955] s. 453. *Revisio libri foundationum et inventarium ecclesiae*. Ut certo constet Capitulo de punctuali cursu foundationum per Collegia absolvendarum, ad librum earundem foundationum connotandarum deputantur per praesentes perilres Zajączkowski et Meline. Qui quidem perilres deputati etiam inventarium rerum ecclesiasticarum revidebunt antiquum, res accessas noviter conscribent et Capitulo porrigent.

[956] s. 453. *Liber ordinationis summarum*. Reasumptis anterioribus decretis, subveniendi bono ordini et lucidiori demonstrationi summarum, post peractam inante conscriptionem libri ordinationis mutatarum et de bonis ad alia bona translatarum, decernit Capitulum, quatenus rdus **Notarius** cum adiutorio Custodis et Żeliński, ad id capitulariter expostulatorum, librum eundem conficiat, salva pensione trecentorum florenorum polon, eidem pro praemissis anterioribus decretis determinata. Qui quidem rdus Notarius, ut etiam acta pro futuro capitulo conscribat, obstringitur.

[957] s. 455—456 (31 Maii). *Capella Smae Crucis et Sacristia*. Beneficia plurima cum munifica liberalitate per olim [s. 456] celmum et rmum dnum Adamum Ignatium Komorowski archieppum Gnesn. immediatum — — tam in vita sua huic Ecclesiae et Capitulo praestita, quam etiam in ultimis testamenti tabellis consignata, ut debita gratitudine grataque memoria perpetuo recolantur, ac omnis pientissima ipsius dispositionis testamentaria et codicilla res efficientur. Capitulum praesens generale, maturo tractatu et deliberatione praehabita, eo attento siquidem mediante auctoritate ordinaria et decreto celmi principis ilmi et rmi Lociordinarii moderni archieppi Gnesn. — — iam feliciter cessit erectio foundationis officii quotidiani cum missa de Passione Domini ad Altare Sae Crucis per praebendarios neofundatos decantantes. Benigniter annuit, consentit et disponit, ut Sacristia Dominorum Praelatorum et Canonicorum huius ecclesiae transformetur in capellam eidem Smae Crucis Altari, una cum mausoleo in se collocando ossa. Ita tamen, ut Locum seu Conclave Consiliorum Capitulare retro idem altare ingressus commodus cum gradibus reservetur, et per artifices paretur. Intuitu vero cessionis eiusdem Sacristiae cum asservatorio sursum eminenti, ab alia parte ecclesiae meridionali Capella Sanctae Victoriae contigua de novo a fundamentis in ea longitudine, altitudine et latitudine, prout res exigit et proportionata dispositio architecti conducendi postulabit, ex muro solido erigatur et perficiatur. Omnimodam in hoc opere faciendi perilri rmo dno Paulo Kosicki canonico metrop. Gnesn. et Lovicienski, coexecutori testamenti dicti olim Celmi Fundatoris tribuit facultatem. Et ad effectum eiusdem fabricae summam viginti millium flor. polon., per pientissimum Fundatorem dispositam et per Capitulum huius ecclesiae acceptam, in suoque aerario depositam, extradi levavique decernit, cum debita gratiarum actione pro cura et sollicitudine, quas adhibet in expediendis huiusmodi negotiis.

[958] s. 458—459 (3 Iun.). *Inventarium bonorum*. Providendo bonorum ordini bono obligantur futurus [s. 459] procurator et perilris Janicki canonicus, ad actum calculi immediati deputatus, ut inventaria et statum bonorum graphice et ordinate (assumpto sibi ad calamum aliquo, ex mas-

sa Capituli pro labore salariando) conscribant et Capitulo porrigant. Ut denique custos Curiae<sup>109</sup> unus ex villanis constituatur, futuro perillri Procuratori Capitulum commendavit.

[959] s. 461—462 (5 Iun.). *Revisio libri foundationum*. Facta relatione per perillres Zajączkowski et Meline de revisione libri foundationum, siquidem patet aliquas irrepsisse negligentias in connotatione [s. 462] absolutarum missarum. Proinde praesens capitulum statuit et ordinat, ut abhinc in posterum idem liber foundationum reveideatur per unumquemque Dominum septimanam tenentem in determinatione suae septimanae, id est quolibet die sabbati subscribendus. Novusque liber per futurum procuratorem ad eum effectum comparetur.

[960] s. 462—463. *Residentia Sanctuarii alias Świątnikom*. Providendo commoditati ministrorum ecclesiae praesens capitulum decernit, ut futurus perillris pro[s. 463]curator tempestive conducat magistrum ad domum molendinalem in aggere sitam et contractum faciat ex pretio condito, ut iidem ministri ecclesiae seu Świątnicy habeant, ubi caput reclinent.

[961] s. 472 (7 Iun.). *Thesaurus*. Insistendo anterioribus decretis decernit Rmum Capitulum, ut quolibet anno summa 2000 florenorum polon. pro Thesauro Capituli ex proventibus massae reponatur, in quolibet capitulo Festorum Pentecosten liquidanda.

[962] s. 472—473. *Archivum*. Subveniundo bono ordini decernit praesens capitulum, quatenus documenta omnia Archivi Praesentis ordinatim componantur, summariumque unum circa librum actorum, alterum circa documenta reperiat. Pro [s. 473] quorum ita compositorum documentorum conservatione Archivum **Novum**, sumptibus massae, perillris Procurator comparare mandabit.

[963] s. 475 (9 Iun.). [*Procuratores in annum sequentem electi: bonorum A. Zajączkowski, causarum I. Zeliński*].

[964] s. 475. *Consolatio rdo Capituli Secretario*. Considerando difficilem per<sup>t</sup> solummet perillrem Causarum Procuratorem negotiis omnibus Capituli attentionem, ut rdus Capituli Notarius etiam eundem in obvientiis necessitatibus suppeditet, eidem pro consolatione intuitu praemissorum florenos 200 pro anno praesenti exsolvendos assignat.

D. 30 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[965] s. 490. *Iura cancellariae Officio Consistoriali*<sup>110</sup>. Adhaerendo anteriori decreto proxime lato [per] Rmum Capitulum, iura cancellariae a decreto erectionis Praebendariorum Smae Crucis solvantur.

D. 8—20 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[966] s. 499—500 (11<sup>o</sup> Dec.). *Inventarium ecclesiae*. Ad conscribendum et verificandum inventarium rerum ecclesiasticarum deputantur perillres Węzyk et Me[s. 500]line, cum relatione Capitulo facienda.

[967] s. 501—502 (12 Dec.). *Effigies olim celmi principis Komorowski*. Quoniam perillres olim rmi Michaëlis Awedyk metrop. Gnesn. et loci praesentis canonici exsecutores effigiem olim celmi principis Komorowski

<sup>t</sup> Opuściłem dublowany skrót prlem.

<sup>u</sup> 7 błęd. akta.

<sup>109</sup> W tym kontekście kuria oznacza dworek w danym majątku kapitulnym.

<sup>110</sup> Możliwość o Konsystorzu Łowickim.

archieppi Gnesn. depictam, fatis eiusdem rmi Awedyk derelictam, pro maiore ornamento et memoriali ad Capitulare offerunt, proinde actis iisdem perilibus gratiis, affingendam parieti in Capitulari [s. 502] praesens Rmum Capitulum decernit.

[968] s. 502. *Deputantur ad revidenda iura Collegiorum Minorum.*

[969] s. 503. (13 Dec.). *Calices.* Quoniam ad usum ecclesiae, ob plures confractos et deterioratos calices, pauci boni et commodi reperiuntur, proinde committitur perilri Custodi<sup>111</sup> et Vicecustodi<sup>112</sup>, ut (praevisio consensu a Celmo Principe) eosdem fractos calices, adhibito aurifabro, se informari faciant, facto prius pondere eorundem fractorum calicum. Quodsi aurum a celmo olim principe Komorowski, pro calice destinatum et per rmum Awedyk datum, aptum fuerit pro deauratione eorundem calicum, ex eodem pars aliqua desumatur.

[970] s. 503. *Residentia pro Sanctuariis.* Inter desideria ad Celmum Principem etiam punctum de fundo prope ecclesiam pro Sanctuariis, ubi veteris molendini aedificia iacent, supplicando apponatur.

[971] s. 503. *Fistula aquatica.* Commendatur perilri Procuratori, ut locum ad aedes ecclesiae commodum pro conservanda fistula aquatica provideat.

[972] s. 504. *Fores ad chorum et sub tectum.* Providendo securitati ecclesiae decrevit Rmum Capitulum, ut fores ferreas tam ab extra in aditu ad chorum, quam sub tectum perilris Procurator comparare mandet.

[973] s. 508—509 (15 Dec.). *Martyrologium novae editionis.* Perilres exsecutores testamenti olim perilris rmi Awedyk metrop. Gnesn. et loci praesentis canonici Martyrologium novae editionis, fatis eius derelictum [s. 509] pro usu ecclesiae praesentis destinarunt, pro quo eis Rmum Capitulum gratias egit ac animae dicti p. r. Awedyk gratam reliquit memoriam.

[974] s. 510—511. *In Sacristia Capitulari crates.* Ad Sacristiam futuro, Deo dante, vere inchoandam crates ex veteri Sacristia applicandos Rmum Capitu[s. 511]lum decerevit, in eandem Sacristiam exstruendam inducendos.

[975] s. 512 (16 Dec.). *Liber ordinationis summarum.* Ut citius deducatur ad effectum liber ordinationis summarum originalium, de bonis ad bona translatarum, quam et noviter locatarum conficiendus, perilrem Janicki capitulum praesens obligavit, ut addat iuvamen et operam rdo Notario, inante capitularibus decretis ad conficiendum eundem librum destinato, methodo anterioris libri per olim perilrem Proszewski canonicum<sup>113</sup> formati.

[976] s. 516 (17 Dec.). *Acta Capituli.* Continuanda<sup>114</sup> acta pro futuro capitulo generali Capitulum censuit.

## 1761

Die 31 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[977] s. 528—531. *Ignem combustum altare maius.* Sive prospera sunt

<sup>111</sup> Prał. W. Piaggia — jak przyp. 99.

<sup>112</sup> Ks. Jaramowski — jak przyp. 69.

<sup>113</sup> Aleksander Proszewski, m.in. kan. łow. w l. 1693—1727.

<sup>114</sup> Chodziło o dalsze pisanie w kończącej się księdze.

sive adversa, quae ita disponent Divino beneplacito, suas alternant vices. Expediit ea omnia ad posteriorem notitiam transmittere, quatenus de iis edocti, quidquid deinde felici aut infelici fato sibi evenerit, si bona laeti susceperint de manu Dei, mala etiam iusto animo cum iusto Dei Iob gaudentes suscipiant et in omnibus gratias agentes semper glorificent Patrem, qui in caelis est. Tandem alieno periculo cauti, quae sunt cavenda et ipsi caveant ceterosque, quos opus fuerit, praecaveant. Notum sit igitur universis et singulis in posterum, praesentem annotationem de mandato Reverendissimi Capituli hic inscriptam lecturis, quod anno a salutifera Nativitate Domini Nostri Iesu Christi nunc currenti 1761, indictione Romana nona, pontificatus autem Smi Dni Nostri Clementis Divina providentia papae XIII anno tertio, felicis vero regiminis celmi ilmi et rmi dni Vladislai Alexandri de Łubna Łubieński archieppi Gnesnensis — — anno secundo, die vero Lunae 26 mensis praesentis Ianuarii, finitis omnibus Divinis officiis totaque devotione antemeridiana in hac Insigni Ecclesia Collegiata Łoviciensis, circa benedictionem matrimonij inter parochianos de villa praepositorali Popów ante maius altare factam, post horam meridianam duodecimam, dum per incuriam aedituorum huius ecclesiae ex minus caute extincta candela in cornu Epistolae, ut ex potiori hac in parte igne conicere fas erat. Sita scintilla ad imum mensae altaris, non advertentibus quidquam iisdem ministris, delapsa fuisset. Factum est, ut post abitum aedituorum de templo, per eos ex omni parte clauso, in hoc eodem altari maiori excitatum fuerit incendium, nemine in ecclesia exsistente solumque in cubiculo a latere Capellae Lipsicianae Sacrmī Corporis Christi sito, uno ex ministris saecularibus cantore, Divinum psalterium, cuius cantus assiduus die no[s. 529]ctuque, cessante devotione institutus est, decantante. Qui licet ab initio quemdam fragorem subaudivit, minime tamen ratio huiusmodi strepitus causam fuisse flammam, minus quoque rem apprehendit. Verum ex erumpente et per ecclesiam se protendente eo densiore fumo, quo diuturniore incendio devenit quod ageretur: atque illico inde exiens, ad maius ostium templi, ex opposito altaris ab occidente, patens. Dum per rimam animadverterit, imensam flammam sorpere, extunc quid acciderit voce vehementi clamavit, et ad subveniendum ecclesiae quantocius universos suo clamore concitavit, idque non ampliori temporis intervallo quam uno medio quadrante ab obserato templo. Hinc percussi clamore et tumultu hominum ab ictu maioris campanae universi Perilres Rmi Praelati et Canonici tunc residentes populusque Civitatis accurrentes, in reseratum templum ingressi, altare maius iam integrum ab immo sursum versus flamma obvolutum ardere conspicati. Obviando ulteriori periculo, longe maiori, fabrilium de lignis operum totiusque fabricae, illud altare ignitum sine mora uncis in nihilum distrahi et in terram prosterni lapsumque aqua circumfundi mandarunt. Quo incontinenti secuto et nihil quidquam attrito in cornu Evangelii: mausoleo et statua olim ilmi Henrici Firlej archieppi Gnesnensis<sup>115</sup>, quamvis in eam potior moles procidit. Incendium et omne quodvis periculum cessavit, nec ultra damni praeter hoc altare cum suis ornamentis universis, ut infra annotabitur, atque nigredinem sui, praecipue in superficie ac proximior altari imagine olim ilmi Andreae Lesz-

<sup>115</sup> Henryk Firlej h. Lewart, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1624—1626.

czyński archieppi Gnesn. <sup>116</sup> domus Dei passa est. Etenim maioris securitatis, ergo statim ab introitu in templum, aliquot viri super laquear summum ad observandum, ne sursum flamma evomeret sub tectum furaminibus ocius amandati sunt, idque provide, nam funiculus, in quo appensa ante hocidem altare lampas argentea sustentabatur, contracto igne usque super [s. 530] laquear exarsit. Ut autem memoria sit prafati altaris: qualis structura cuiusque benefactoris opus et monumentum fuerit sciant posterī, illud ex lignis totum affabre factum totumque deauratum fuisse; munifica liberalitate olim ilmi dni Leszczyński archiepiscopi Gnesnensis <sup>117</sup> non modico sumptu comparatum, densum ampla imagine Bmae Virginis Mariae in Caelum Assumptae una, et superius altera minore Smae Trinitatis, in tela eleganter depictis, conspicuum. In quarum una inferiore vestis argentea deaurata, circumdata varietate, tum aliae similes minores SS. Angelorum a lateribus hincinde, suam reginam in caelum attollentium, partim conflatae, partim convolutae sunt. Corona vero capitis integra de puro auro, in minuta confracta, posthac in ruderibus partim inventa. Tabella vero votiva similiter de puro auro elaborata, impensis olim ilmi dni Stanisłai Szembek archieppi Gnesn. <sup>118</sup>, appensa in praefata veste argentea, eidem agglutinata extitit. Supra mensam altaris sex consistentia candelabra de stanno Anglico, opere et magnitudine in latum et longum eminentia. Aliaeque duo minora flamma conflavit. Crux de simili metallo, longe amplior et eminentior, in una parte pedestalis iacturam tulit, sola effigie Crucifixi Dni Nri Iesu Christi, mirum est quomodo avulsa a cruce, integra manente. Mausoleum binorum ilmorum archiepporum Leszczynianorum a cornu Epistolae in uno tantummodo capitali columnae, altari propioris, modico detrimento tactum, siquidem minusculis particulis de alabastro destitutum est cum una, ut supra, deformata imagine. Itaque postridie sollemnem missam votivam in gratiarum actionem Deo Omnipotenti, quod maius periculum et damnum avertere dignatus est, celebrari Domini unanimiter decreverunt. Quae in frequentia cleri populique Civitatis totius et parochiarum<sup>v</sup> villanarum absoluta est cum precibus et supplicationibus, qua[s. 531]tenus abhinc habitationem suam custodiat et ab ea totaque parochia et Civitate universisque praesentibus et posteris mala omnia repellat. Tu, qui legis, luge damnum et cave, ne quid simile aut deterius (quod Deus utrumque avertat) contingat. Deumque continuo precari non desine et bene vale.

[978] s. 531. *Poena in Sanctuarios ecclesiae*. Quoniam de causata fatalitate combustionis altaris maioris in ecclesia praesenti Sanctuarij ob inanimadvertentiam sui redarguntur, proinde Rmum Capitulum, ne id eis impune abeat sintque in ulterius cautiores, eisdem, ut tribus continuis festivis diebus sub tempus concionis in modum crucis iaceant, demandavit.

D. 20 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[979] s. 534. *Contractus cum aurifabro ratione calicum*. Quoniam ilris Vicecustos loci praesentis <sup>119</sup> in praesenti tempore Varsaviam conscen-

<sup>v</sup> parohialium akta.

<sup>116</sup> Andrzej Leszczyński h. Wieniawa, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1653—1658.

<sup>117</sup> Wacława Leszczyńskiego arcybpa i prymasa w l. 1659—1666.

<sup>118</sup> Stanisław Szembek h. włas., m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1706—1721.

disse aurifabroque ex antiquioribus calicibus et conflata veste argentea in altari maiori frustra bina, in qualitate argenti et quantitate ponderis eiusdem descripta reliquisse, contractum cum eodem conscripsisse, et eosdem calices pro Festo Smae Trinitatis comparandos determinavit, proinde Capitulum manutenendum eundem contractum decrevit.

Dieb. 12 Maii — 12 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[980] s. 538 (12 Maii). *Recapitulatio*. Relectis statutis, decretis tam reformationum, quam immediati capituli generalis et partialium capitulorum decretis, eadem Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[981] s. 538 (13 Maii). *Cruce et candelabra*. Quoniam plene constat materialia, nempe stannum, pro comparandis candelabris et cruce, igne absumptis exstasse, proinde commendatur futuro perilri procuratori, ut eadem methodo anteriori et forma comparari mandet.

[982] s. 539 (14 Maii). *Relatio perilris ad revidendum librum fundationis Deputati*. Retulit perilris Kaszowski, ad revidendum librum connotandarum fundationum deputatus, ordine debito easdem praeter unum maius Sacrum intermissum annotata fuisse. Pro qua relatione eidem Rmum Capitulum gratias egit. Quoniam demum isidem perilris Kaszowski, propter legalitates suas expositas praesenti capitulo in ulterum interesse nequit, proinde permittitur eidem facultas abscedendi cum participationibus in fine capituli determinandis per eum etiam participari.

[983] s. 540. *Inventarium ecclesiae*. Post patratum in Capitulari furtum, perillustres ad verificandum inventarium ecclesiasticum Deputati retulerunt res omnes in integro verificasse et easdem integras, praeter notum Capitulo damnum, deprehendisse. Pro quo suscepto labore Rmum Capitulum iisdem perilribus Deputatis gratias egit.

[984] s. 540. *Fores ad chorum et sub tectum ecclesiae*. Perilris Żeliński retulit se in ferricudinis intuitu trinarum forium: ad chorum ex turri et sub tectum, tum quoque ex minori ad maiorem chorum cum magistro composuisse. Rmum itaque Capitulum ulteriorem ei curam praemissorum commendavit.

[985] s. 542. *Deputantur ad revidenda iura Collegiorum*.

[986] s. 544 (17 Maii). *Custodia ecclesiae*. Providendo securitati ecclesiae praesentis, commendatur ilri Vicecustodi Ecclesiae Collegiatae praesentis, ut eligat aliquem hominem securum, qui in nocte invigilet ecclesiae ibidemque dormiat, cum quo compensationem pro praemissis concertabit.

[987] s. 544—545. *Relatio ilris Vicecustodis circa calices*. Ilris Vicecustos, anteriori decreto ad componendum cum aurifabro intuitu reformationum ex veteribus in novos calicum deputatus, contractum cum eodem aurifabro conscriptum in praesenti capitulo produxit. Quo relecto eidem ulteriorem curam praemissorum Capitulum commendavit. Quo spectat particulas auri et argenti circa conflagrationem altaris maioris conflati et in frustis exstantis, in praesentique capitulo praesentati, easdem adulterius conservandas [s. 545] Rmum Capitulum censuit.

[988] s. 545 (18 Maii). *Fistula aquatica necnon fores ex minori choro ad maiorem*. Perilris rmus Kosicki tractandi cum magistro intuitu extruendae ex muro sub campanili structurae pro conservando instrumen-

to strzykawka nuncupato in se munus suscepit. Facta deinde relatione, committitur futuro procuratori aedificium hoc exstruendum atque aperiendae fores ex minori choro ad maiorem.

## KSIĘGA DWUNASTA

### OPIS

Skrócony tytuł nadany (przeze mnie, tu) — **Liber XII: Acta actorum Venerabilis Capituli Insignis Collegiatae Łowiciensis 1761—1778.**

Księga nie posiada tytułu, którego przypuszczalnie nie zamierzano jej nadać, jako że od jej początku kontynuowano wpisy uchwał kapituły gen. Pentecostes 1761 r.

Jedynie na 1 str. pierwszej karty ochr. widnieje następująca zapiska dotycząca założenia samej księgi: Laudetur Iesus Christus. 1765. Hic liber sumptu massae Venerabilis Capituli Łowiciensis emptus pro conscribendis et inserendis decretis, per me Adamum Zajączkowski canonicum et procuratorem massae<sup>1</sup> mpp.

W opracowanym na przeł. XVIII/XIX w. przez ks. Śladeckiego<sup>2</sup> wykazie ważniejszej zawartości niniejszej jednostki aktowej posiada ona następujący nagłówek: Index decretorum capitularium Insignis Collegiatae Łowiciensis libri noni, a die 27 Maii anni 1761 (s. 159).

Sygnatury:

Not. Śladeckiego, umieszczona nad zapiską Zajączkowskiego: Liber Actorum 9<sup>mus</sup>. Dla niego była to rzeczywiście dziewiąta z kolei zachowana (realna) księga akt kapitułnych. On też dodał w lewym górnym rogu str. 1: Lib. 9<sup>mus</sup>.

Sygn. późniejsza, z przeł. XIX/XX w., znajdująca się na tejże str. k. ochr. w prawym górnym rogu, idealna i pierwszy raz prawidłowa: A. 1. 12.

Sygn. aktual. (moja, tutaj): AKŁ, ks. ideal. 12, real. 8.

Sygn. mikr. Ośrodka ABMK: 3524.

Księga in folio, stron 752, język łaciński i częściowo polski. Oprawa współcz. w skórę. Stan zachowania dobry. Pod koniec rękopisu atrament zalewał i tekst prześwituje na drugą stronę kart.

### WYPISY

#### Anni 1761 continuatio

Diebus 27 Maii — 12 Iunii, cont. capituli gen. Pentecostes:

[1761] s. 3 (28 Maii). *Translatio Bibliothecae Capitularis*. Quoniam imminet fabrica Capellae Komorovianae in hoc loco, iam alias ad id destinato, ubi Bibliotheca Capitularis consistit, ideo eandem transferendam et interim locandam perilri Procuratori in loco bene viso praesenti<sup>a</sup> [Capitulum] commisit.

<sup>a</sup> Opuściłem powtarzane perilri Procuratori.

<sup>1</sup> Adam Zajączkowski h. Zaręba? m.in. kanonik łow. w latach 1729—1770.

<sup>2</sup> Piotr Śladecki, m.in. notariusz kapituły w l. 1796—1809.

[1990] s. 6, 7 (31 Mai, 10 Iun.). [*Procuratores in annum sequentem electi: bonorum seu massae A. Zajączkowski, causarum I. Żeliński*<sup>3</sup>].

[1991] s. 6 (10 Iun.). *Relatio adm. rdi Vicecustodis*. Adm. rdus Jaramowski vicecustos huius Ecclesiae Collegiatae, vigore decreti capituli gen. Festi Conceptionis BVM et consensus Celmi Lociordinarii<sup>4</sup>, conflari fecit veteres calices. Quos hic monstravit comparatos quinque albos et duos deauratos deintegro cum patenis. Et residuum argenti marcas tres in Aerario Capituli reposuit. Ex his albi calices quinque destinantur ad Sacristiam Minoris Cleri, duo inaurati ad Sacristiam Praelatorum et Canonicorum.

[1992] s. 7. *Archivum iurium et actorum*. Reassumitur decretum capituli gen. Conceptionis BVM et iidem perilres Deputati ad id deputantur.

[1993] s. 7. *Donativum rdo Capituli Notario*<sup>5</sup>. Habito respectu rdi Notarii, eidem 200 flor. [polon.] exsolvendi assignantur.

Die 27 Iunii, in capitulo partiali ordinario:

[1994] s. 12. *Altare maius [aedificare inchoandum]*.

D. 12 Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[1995] s. 13. *Inventae in rudibus particulae auri et argenti*<sup>6</sup> — — Inventas in rudibus particulas, nempe statuam parvam S. Dominici, tum coronulam et frustam parvulam fractam ex tabella, argenteas, necnon auream torquem et duas filulas margaritarum, utraque sedecim aureis hungar. taxata, Rmum Capitulum intra argenterias ecclesiasticas conservandas censuit — —

D. 28 Novembris, in capitulo partiali ordinario:

[1996] s. 26. *Deputantur ad dinumerandam massam*. Perilres Janicki<sup>7</sup> et Wężyk<sup>8</sup> Capitulum ad dinumerandam massam Capituli segregandamque qualitatem iuxta reductionem et cursum praesentem monetae deputavit. Cuius massae descriptionem iidem perilres Deputati futuro capitulo generali porrigent.

Dieb. 8—22 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1997] s. 26—27 (9 Dec.). *Recapitulatio*. Relectis statutis et decretis tam reformationum, quam anteacti [s. 27] capituli generalis et partialium capitulorum, eadem Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[1998] s. 28. *Revisio agrorum et inventarium in Boczki<sup>9</sup> et aliis*. Ad revisionem agrorum in Boczki et Mysłaków<sup>10</sup> conficiendumque inventarium ad normam dispositionis in Ducatu<sup>11</sup> practicatae, omnium et singulorum tributorum, laborum et dationum, semel pro semper constituendorum, deputantur perilres Zajączkowski procurator et Janicki canonici.

[1999] s. 28. *Inventarium ecclesiae*. Quoniam res nonnullae noviter accesserunt et nonnullae particulae minutiores argenti in sepulcris sunt

<sup>3</sup> Ignacy Żeleński (Żeliński) h. Prawdzic, m.in. kan. łow. w l. 1753—1787.

<sup>4</sup> Władysław Aleksander Łubieński h. Pomian, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1759—1767.

<sup>5</sup> Felicjan Wszyński kan. hon. łow.

<sup>6</sup> Znalezione po pożarze w. ołtarza.

<sup>7</sup> Adam Janicki h. Rola, dr ob. prawa, m.in. kan. łow. w l. 1748—1771.

<sup>8</sup> Wojciech Wężyk h. Wąż, m.in. kan. łow. w l. 1752—1789.

<sup>9</sup> Boczki wieś kapitulna w par. kolegiackiej.

<sup>10</sup> Mysłaków wieś kapitulna w par. Bednary.

<sup>11</sup> Księstwo Łowickie arcybiskupów gnieźn.

inventae, proinde ad verificationem inventarii, cum relatione futuro capitulo facienda, deputatur per illos Tarnowski<sup>12</sup>. Qui per illos Deputatus etiam argenti circa conflagrationem altaris conflati separationi attendet.

[1000] s. 28. *Deputatur ad revidendum librum foundationum*. Deputatur per illos Kaszowski<sup>13</sup> ad revisionem libri connotandarum foundationum, cum relatione Capituli facienda.

[1001] s. 29—30 (10 Dec.). *Relatio per illos ad dinumerandam massam Deputatorum*. Per illos Janicki et Węzyk, anteriori decreto Capituli sui ad dinumerandam et separandam massam deputati, prodixerunt [s. 30] in praesenti capitulo descriptionem monetae eiusdem massae in seorsiva scheda, quam manibus eorundem p. Deputatorum et per illos Praesidentis<sup>14</sup> subscriptam, conservandam Per illustres Capitulares censuerunt.

[1002] s. 30 (11 Dec.). *Relatio per illos ad revidendum librum foundationum Deputati*. Retulit p. Kaszowski, ad revidendum librum foundationum connotandarum deputatus, qualiter foundationes omnes, publice in cantu expediri solitae, plene et sufficienter sunt annotatae, praeter nonnullas obligationes altaristarum; tum quod non omnes septimanae, iuxta determinationem decreti immediati anterioris capituli generalis, sunt per per illos officiantes subscriptae. Proinde Rmum Capitulum diligentiorum praemissorum (habita ratione punctualis absolutionis foundationum) memoriam commendavit.

[1003] s. 31. *Imago Bmae ad altare maius*. Quoniam Varsaviae nob. Czechowicz pictor in arte sua perfectus et probatus reperitur, proinde capitulum praesens contrahendi cum eodem respectu depingendae imaginis Bmae Virginis Mariae ad altare maius vigorem partiali capitulo relinquit.

[1004] s. 31. *Aurum Komorovianum*.

[1005] s. 44 (14 Dec.). *Liber ordinationis summarum*. Ad distribuenda iura foundationum elucidandasque summas earundem: in quibus bonis inscripta originaliter et in quae bona successive translatae fuerint, et ubi ad praesens haerent, expetuntur per illos Janicki et Pstrokoński<sup>15</sup>.

[1006] s. 47 (22 Dec.). *Sigillum argenteum*. Committitur per illos Żeliński, ut ab aurifabro Gruszewicz<sup>16</sup> aut sigillum argenteum in natura, aut pondus adaequatum argenti reparatur.

[1007] s. 47. *Baculus pastoralis apud illum episcopum Culmensem*<sup>17</sup>. Committitur partiali capitulo, circa Festa Paschalia celebrando, requisito baculi pastoralis apud illum episcopum Culmensem haerentis, ita ut recipiatur ante visitationem generalem<sup>18</sup> Celsissimi.

[1008] s. 47. *Praesentiae legendae*. Reassumitur antequam decretum

<sup>12</sup> Józef Tarnowski h. Rola, kan. łow. i prepoz. tamt. Kol. Psalterzystów w l. 1756—1788.

<sup>13</sup> Stanisław Kaszowski h. Janina, dr teol., m.in. kan. kazn. łow. od r. 1759, prał. archid. w l. 1774—1785.

<sup>14</sup> Józef Jaksa Marcinkowski h. Gryf, dr teol. lub prawa, m.in. prał. archid. łow. w l. 1743—1777.

<sup>15</sup> Baltazar (Balcer) Pstrokoński h. Poraj, m.in. kan. łow. w l. 1761—1766.

<sup>16</sup> Złotnik w Łowiczu.

<sup>17</sup> Andrzej Ignacy Bajer h. Leliwa, biskup chełmiński w l. 1758—1785, dawn. kan. łow.

<sup>18</sup> Planowana przez arcybpa Łubieńskiego wizytacja kolegiaty.

respectu legendarum in quovis capitulo praesentiarum. Quodsi non fuerit, in proximo pariter relegendae et per perilrem praesidentem capituli subscribendae.

## 1762

Die 2 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[1009] s. 48. *Quartuale praesens rdo Notario*. Licet quidem anteriori dispositione in capitulo generali subscripta rdo Notario tamquam altari-stae Sanctae Crucis et Smi Corporis [Christi] per medium quinquaginta, videlicet floreni, videntur fore assignati, considerando tamen Capitulum, quod eadem pensio etiam pro munere et laboribus notariatus eidem provenit, eidem tamquam in deservita mercede totum, nempe flor. centum solvendo Capitulum determinavit.

D. 9 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[1010] s. 49. *Deputantur ad pensandum decessum monetae massae*. Quoniam perilris Pstrokoński, ad pensandum decessum monetae massae in praesenti tempore abest, proinde ad effectuada praemissa cum p. Janicki antierius deputato delegatur ex praesenti capitulo perilris Węzyk.

[1011] s. 49. *Imago SS. Rochi et Sebastiani Martyris*. Pro depingenda imagine SS. Rochi et Sebastiani nob. Petro Zayze pictori<sup>19</sup> Rmum Capitulum aureos hungar. viginti, moneta iuxta reductionem seu (si possibilitas massae permiserit) in auro, quemlibet aureum hungar. florenorum octodecim computando, solvendo determinavit.

D. 13 Februarii, in capitulo partiali ordinario:

[1012] s. 61. *Aurum pro laminis aëneis in tectum conducendum*.

D. 6 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[1013] s. 63—64. *Aurum Komorovianum*.

D. 24<sup>b</sup> Aprilis, in capitulo partiali ordinario:

[1014] s. 70. *Libri restituti fatis olim gnosi Słomiński<sup>20</sup>*. Libros Bibliothecae praesentis per olim gnosum Słomiński commodatos, nempe Abbatis Palermitani tomos duos, Cardinalis Tusculani tomos quattuor, Stanislai Szczygielski librum unum, Petri Folbri librum unum, per nob. Ryłski eiusdem dicti olim gnosi Słomiński privignum restitutos, in Archivio reponendo Capitulum censuit.

Diebus 1—23 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1015] s. 73 (2 Iun.). *Recapitulatio*. Relectis statutis, decretis reformationum atque decretis tam anteacti generalis, quam et partialium capitulorum, eadem decreta Rmum Capitulum in toto ratihabuit.

[1016] s. 74. *Revisio libri foundationum*. Ad revidendum librum foundationum per Collegia absolvendarum deputatur perilris Archidiaconus<sup>21</sup>, cum relatione facienda.

[1017] s. 78 (9 Iun.). *Procuratori Causarum pro tempore exsistenti*. Capitulum praesens, perpendendo labores perilris Causarum Procuratoris moderni circa negotia sua, reassumendo decretum anni 1758 in ca-

<sup>b</sup> 27 błęd. akta.

<sup>19</sup> Nie wiadomo skąd ten malarz.

<sup>20</sup> Kazimierz Słomiński, długoletni notariusz Kurii Arcybiskupiej.

<sup>21</sup> Prał. Marcinkowski — jak przyp. 14.

pitulo generali Festorum Pentecostes de procuratoribus latum, constituit eidem pro annua pensione florenos quingentos, avenae modios duodecim mensurae proventualis et faeni currus octo assignavit; et pro conscribendis expensis **litium librum** distinctum novum comparandum voluit.

[1018] s. 80. *Relatio perilris ad revisionem libri connotandarum fundationum Deputati*. Perilris Archidiaconus, ad revisionem libri connotandarum fundationum deputatus, retulit novas fundationes tabellae nondum ingrossatas, adeoque<sup>c</sup> connotatas in libro praedicto fundationes perpendere de integro non valuisse. Capitulum itaque annotandas easdem novas fundationes ad tabellam censuit. Cum vero Collegia Minora et Altaristae nullum ius ad fundationes suas producere curant, monendos eosdem iterum Capitulum decrevit.

[1019] s. 82 (14<sup>d</sup> Iun.). *Aurum Komorovianum*.

[1020] s. 82. *Torquis Wężykowska aurea et alia*. Supplicandum Celmo Principi capitulum praesens censuit, ut tam torquem auream in tumulto celmi olim principis Wężyk repertam, quam alias particulas aureas et argenteas, anterioribus decretis partialium capitulorum enuntiatis, dividere pro necessitatibus reparationis ecclesiae permittat.

[1021] s. 82. *Liber ordinationis summarum*. Documenta requisita ad extendum librum ordinationis summarum in actis inquirantur. Obliganturque perilres anteacto decreto Deputati, ut opus idem nimis necessarium perficere dignentur.

[1022] s. 83 (15<sup>e</sup> Iun.). *Imago Bmae ad altare maius*. Cum Celmus Princeps ex sua speciali gratia testatur imaginem Beatissimae ad altare maius depingi Romae demandare, proinde Capitulum inter puncta desideriorum<sup>22</sup> pro exhibenda gratiarum actione per perilres deputandos punctum inserere demandarunt.

[1023] s. 84 (16 Iun.). *Pastorale*. Offert se Capitulum scribendum litteras opportuno tempore ad illum episcopum Culmensensem pro restitutione pastoralis ecclesiae nostrae, eidem Ilmo accommodati.

[1024] s. 85 (17 Iun.). *Cera retenta in Civitate*. Propter renitentiam Magistratus cera retenta pro cereo Paschali debita et per erectionem huius ecclesiae assignata, quoniam ab annis duobus per Capitulum requisita non restituetur, proinde negotium hoc inter desideria ad Celissimum porrigendum Capitulum censuit.

[1025] s. 86 (18 Iun.). [*Procuratores electi in annum sequentem: bonorum A. Zajączkowski, iurium I. Żeliński*].

[1026] s. 87. *Recommendatio rdi Notarii*. Respicendo merita circa bonum Ecclesiae et Capituli rdi Notarii, eundem recommendandum Capitulum duxit Suae Celsitudini Primatiali.

[1027] s. 87. *Donum gratuitum rdo Notario*. Offert Capitulum rdo Notario pro applicationibus eiusdem doni gratuiti florenos ducentos per perilrem Procuratorem bonorum ipsi exsolvendos.

[1028] s. 88 (19 Iun.). *Crux cum torque aurea in tumulto ilmi Wężyk reperta*. Quoniam modus dividendae crucis aureae cum torque, in

<sup>c</sup> Występuje przy sobie 2 razy.

<sup>d</sup> 9 błęd. akta.

<sup>e</sup> 10 akta.

<sup>22</sup> Dezyderaty kierowane przez kapitułę do arcybiskupa przed jej posiedzeniami gen.

tumulo olim ilmi Wężyk archiepiscopi Gnesn. compertae, aureis decem hungaricalibus et florenis triginta sex in moneta suppetit, proinde recepto a Celsissimo consensu, perilris Procurator eandem dividendi facultatem habebit virtute praesenti.

[1029] s. 89 (21 Iun.). *Relatio perilris ad verificandum inventarium ecclesiasticum Deputati*. Quoniam perilris Tarnowski inventarium rerum ecclesiasticarum tam antiquioribus regestris comprehensarum, quam et noviter accessarum manu sua subscriptum produxit, proinde actis eidem pro suscepto labore gratiis, inducendum in librum [Capitulum] censuit.

[1030] s. 89. *Sigillum argenteum*. Sigillum argenteum quandoquidem spectabilis Gruszewicz aurifaber restitutum pollicetur, proinde commendatur id perilri Procuratori vindicandum.

D. 3<sup>e</sup> Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[1031] s. 93. *Consolatio rdo Notario*. Ad navandam operam in componendis et conscribendis transactionibus imminentibus respectu bonorum et summarum Kardwanoviensium<sup>23</sup> delegatur rdus Notarius. Cui pro consolatione determinat Capitulum tinfones centum per perilrem Procuratorem eidem exsolvendos.

D. 31<sup>e</sup> Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[1032] s. 95. *Diploma pro Vicenotario Montis Pietatis et electio eiusdem*. In praesenti capitulo reproductum [est] et relictum diploma pro Vicenotario Montis Pietatis a Celmo Principe die 30 Iulii anno adpraesens currenti, tum et pro diminutione censuum a Summa Potociana<sup>24</sup> impertitum, in librum erectionis eiusdem Montis Pietatis insuendum Capitulum censuit. Et ad electionem dicti Vicenotarii Montis Pietatis denuo accessit, sicque bene commendatum rdum Rochum Deriakubowicz, ad titulum psalteriatus in ecclesia praesenti noviter institutum, ad idem officium elegit. Eique curam et attendentiam commissorum sibi virtute privilegii memorati munerum, cum proventu designato commisit.

D. 2 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[1033] s. 98. *Vestis pro apparatu coëmenda*. Quoniam indispensabilis urget necessitas dalmaticarum sollemniorum, ob rationem veterum notabiliter deterioratarum, vestisque in praesentibus nundinis accoëmendum obvenit, proinde obligatur praesenti [decreto] perilris Procurator, ut de pretio eius cum Iudeo concertare et eandem coëmere dignetur.

Dieb. 8—17 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1034] s. 100 (9 Dec.). *Recapitulatio*. Relectis statutis et decretis reformationum, tum decretis tam anteacti capituli generalis Pentecosten, quam et subsequentium capitulorum partialium, eademmet decreta praesens capitulum ratihabuit.

[1035] s. 100. *Revisio libri foundationum*. Ad colligenda iura Altaristarum ex libris capitularibus et aliis documentis, ut videlicet pateat: quot et quantum, quo tempore et die, ad quodvis altare missae absolvi debeant obligatur perilris Kontowski<sup>25</sup> ad porrigendum futuro capitulo

<sup>1</sup> 4 błęd. akta.

<sup>2</sup> 29 akta.

<sup>23</sup> Kurdwanów parafialna wieś kapituły pod Sochaczewem.

<sup>24</sup> Teodor Potocki h. Pilawa, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1723—1738.

<sup>25</sup> Jan Kontowski m.in. kan. łow. w l. 1759—1780.

generali. Qui itaque perilris ad praemissa Deputatus etiam librum earundem foundationum connotandarum revidebit.

[1036] s. 101. *Revisio rerum ecclesiasticarum et inventarium*. Quoniam recenter per perilrem Tarnowski res omnes ecclesiasticae sunt conscriptae, proinde obligatur praesenti perilris Janicki, ut quidquid decesserit connotet.

[1037] s. 101. *Cappa et dalmaticae*. Ex coëmpta virtute decreti partialis capituli veste, quodsi possibilitas permiserit, cappa et dalmaticae comparentur.

[1038] s. 101. *Praebenda Smae Crucis*. Postquam resignaverit Praebendam Smae Crucis ilris Jaramowski vicecustos, ad eandem ven. Iacobus Jaramowski filiaster eius praesentabit.

[1039] s. 103. *Sigillum argenteum*. Quoniam modus compensandi sigilli argentei a spect. Gruszewicz adinvenitur, proinde postquam ad plenam sanitatem ilris Jaramowski vicecustos pervenerit, effectuantam eandem compensationem Capitulum censuit.

[1040] s. 105 (11 Dec.). *Aurum Komorovianum*.

[1041] s. 105 (13 Dec.). *Relatio perilris ad revidendum librum foundationum Deputati*. Perilris Kontowski ad revidendum librum foundationum absolvendarum et connotandarum deputatus retulit eundem librum vidisse, in quo ob disordinem annotandarum foundationum tam cantatarum, quam lectarum nullo modo absque ordinatione earum sese informare posse, retulit.

### 1763

Die 23 Aprilis, in capitulo partiali extraordinario:

[1042] s. 115. *Innotescentiales pro futura visitatione generali*. Transmissas pro futura visitatione generali litteras innotescentiales a Celsissimo Principe in capitulo praesenti relectas, die crastina publicandas et valvis Ecclesiae Collegiatae praesentis affingendas Capitulum decernit, perillustresque absentes notificandos de eodem termino visitationis imminentis censet.

D. 7 Maii, in capitulo partiali [ordinario]:

[1043] s. 115. *Deputatio ad conscribendum statum ecclesiae*. Ad describendum, seu reformandum statum pro anteriori visitatione celmi olim principis Komorowski conscriptum, pro futura visitatione Celmi Principis feliciter moderni obligatur perilris Janicki canonicus loci praesentis.

D. 21 Maii, in capitulo partiali ordinario:

[1044] s. 116. *Visitatio imminens*. Ad salutandum Celmum Principem in Capitulari circa imminentem visitationem obligatur perilris Custos<sup>26</sup>.

[1045] s. 116. *Status ecclesiae pro visitatione conscriptus*. In praesenti capitulo perilris Janicki canonicus loci praesentis statum ecclesiae praesentis conscriptum sufficientissime relegit, pro quo labore eidem Rmum Capitulum gratias egit.

Diebus 23 Maii — 30 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1046] s. 117 (24 Maii). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Relectis

<sup>26</sup> Prał. Piaggia — jak przyp. 2 w księdze XI.

statutis et decretis reformationum, ad recapitulationem decretorum tam anteacti capituli generalis, quam subsequentium capitulorum partialium Perillustres Capitulares processerunt, quae pariter relecta ratihabuerunt.

[1047] s. 117—118 (27 Maii). *Revisio libri connotandarum fundationum*. Ad revidendum librum connotandarum fundationum depu[s. 118]-tatur per praesentes, relatione Capitulo facienda, perilris rmus Węzyk.

[1048] s. 118. *Sigillum argenteum*. Quoniam spect. Gruszewicz sigillum argenteum per olim nob. Słomiński pro lampade ante Altare S. Ioannis Nepomuceni traditum solvit, et pecuniam pro pretio eiusdem ad manus ilris Vicecustodis tradidit, proinde nullam hinc respectu sigilli praemissi praetensionem ad eundem habere se praesentibus Capitulum declarat.

[1049] s. 120 (1 Iun.). *Actus visitationis Ecclesiae Collegiatae praesentis*. Post habitam sollemniter in die hodierna in Ecclesia Collegiata praesenti processionem, celmus princeps Vladislaus a Łubna Łubieński feliciter modernus archiepiscopus Gnesnensis visitationem in die dominica publica publicam exhortationem, praemissis debitis caeremoniis, inchoatam prosecutus est.

[1050] s. 121 (5 Iun.). *Reformatio statutorum capitularium*. Ad formandum proiectum reformationis statutorum capitularium obligantur praesentibus perilres Custos et Janicki canonicus.

[1051] s. 127 (11 Iun.). *Pastorale commodatum*. De pastoralis ilmo episcopo Culmensi commodato capitulum praesens, referendo se ad anteriora decreta, mentionem facit.

[1052] s. 127. *Supplex libellus Servitorum ecclesiae*. Respiciendo maiores circa fabricam ecclesiae praesentis servitorum labores, dono gratuito Sacellano cum Lotrice siliginis coretum unum, reliquis vero quinque servitoribus per semicoretumtribuendum Perillustres Capitulares censuerunt.

[1053] s. 128 (16<sup>h</sup> Iun.). *Reliquiae S. Marci*. Perilris rmus Meline canonicus loci praesentis, nomine nob. Petri Zayze capitanei exercituum Regni, reliquias Sancti Marci cum authentico ad ecclesiam praesentem offerentis, easdem in praesenti capitulo reposuit. Quas Rmum Capitulum grato animo suscepit et easdem aliis ecclesiae huius reliquiis adiungendas censuit. Et ut idem perilris canonicus Meline per litteras nomine Capituli eidem gratias referat, obligavit.

[1054] s. 129 (17 Iun.). [*Procuratores electi in annum sequentem: bonorum A. Zajączkowski, causarum I. Żeliński*].

[1055] s. 129. *Donativum rdo Notario*. Pro suffragio in negotiis Capituli rdo Notario ducenti floreni [polon.] pro anno praesenti numerandi assignantur.

[1056] s. 129—130 (18 Iun.). *Descriptio arearum*. Ad descriptionem arearum cum dimensione earum, post conflagrationem [s. 130] Civitatis<sup>27</sup> immutarum, deputantur perilris Żeliński et rdus Capituli sui Notarius. Quam descriptionem etiam capitulo partiali porrigent.

[1057] s. 134 (30 Iun.). *Vigor reservatus*. Tam recapitulationi, quam aliis negotiis partiali capitulo vigor reservatur.

<sup>h</sup> 17 błęd. akta.

<sup>27</sup> Było to w r. 1726.

Dieb. 8—15 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1058] s. 142 (9 Dec.). *Revisio libri connotandarum foundationum*. Ad revidendum librum foundationum connotandarum deputantur perilres Janicki et Pstrokoński.

[1059] s. 142. *Status ecclesiae et iura beneficiatorum*. Ad requirendum statum ecclesiae pro visitatione porrectum, tum et iurium beneficiatorum ad ecclesiam praesentem obligatur perilris Pstrokoński.

[1060] s. 146 (12 Dec.). *Litterae ad illum eppum Culmens.* Reassumetur decretum antierius partialis capituli decernentis<sup>28</sup>. Litterae ad illum episcopum Culmensensem ordinandae cum gratiarum actione pro summa 200 florenorum [polon.] pro decore *Sacristiae* Novae oblata et recepta.

[1061] s. 146. *Status ecclesiae circa acta conservandus*. Statum ecclesiae pro visitatione porrectum, et ab ilri Notario Consistorii receptum, conservandum circa acta Capitulum censuit.

[1062] s. 147 (13 Dec.). *Custodia nocturna ecclesiae*. Providendo securitati ecclesiae censuit Capitulum, ut servitor ecclesiae unus, cum assignata inante pensione, ad festa futura Paschatis dormiat.

#### 1764

Die 3 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[1063] s. 154. *Privilegium incorporationis Ecclesiae Makoviensis*<sup>29</sup> ad Decanatum [Łowiciensem].

Diebus 10—28 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1064] s. 156. *Lectio statutorum et recapitulatio*. Relectis statutis decretisque tam reformationum, quam anteacti capituli generalis et partialium capitulorum, eadem decreta Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[1065] s. 156 (14 Iun.). *Revisio libri foundationum*. Ad revisionem libri foundationum absolvendarum deputatur perilris Kontowski.

[1066] s. 158 (15 Iun.). *Relatio perilris ad revidendum librum foundationum Deputati*. Reassumitur antierius decretum capituli generalis obstringunturque perilres Septimanantes, ut qualibet hebdomada librum foundationum revideant et eundem subscribant. Ex quo modernus perilris Deputatus ad revisionem libri eiusdem paucas subscriptiones ac perinde difficilem investigationem absolutarum foundationum se habuisse retulit.

[1067] s. 158—159 (16 Iun.<sup>1</sup>). *Pastorale*. Ad affectationem ilmi Bajer eppi Culmensis permittitur ulterio usus [s. 159] commodati eidem a Capitulo pastoralis, salva restitutione.

[1068] s. 160 (19 Iun.). *Aurum Komorovianum*.

[1069] s. 164, 165 (25, 26 Iun.). [*Procuratores in annum sequentem electi*: bonorum A. Zajęczkowski, causarum I. Żeliński].

[1070] s. 165 (26 Iun.). *Donum gratuitum rdo Notario*. Dono gratuito rdo Capituli sui Notario ducentos florenos polon. exsolvendos Rmum Capitulum assignat.

[1071] s. 166 (27 Iun.). *Liber ordinationis summarum*. Cum perilris

<sup>1</sup> Iulii akta.

<sup>28</sup> W aktach zdanie nie dokończone.

<sup>29</sup> Maków wieś k. Skierniewic, gdzie odnaleziono dokument z 1491 r.

canonicus Żeliński pro visitatione Celmi Principis feliciter moderni summas generaliter omnes, cum ordinationibus earundem, noviter collegit, pro eodemque labore seu collectione et descriptione summarum earundem rdo Notario floreni trecenti anterioribus decretis consignati fuerunt. Proinde solvendam summam eandem dicto perilri canonico Żeliński Capitulum censet, eo tamen adiecto, ut librum ordinatim noviter conscriptum pro futuro capitulo generali porrigat.

D. 11 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[1072] s. 167. *Cruz transferenda ad Capellam Komorovianam*. Cum iam continuatur fabrica Capellae Komorovianae, proinde Rmum Capitulum transferendam crucem de Capella Węzykoviana ad eandem suam propriam capellam censuit. In locum autem crucis imaginem S. Ioannis Nepomuceni transportandam decrevit.

D. 21 Augusti, in capitulo partiali extraordinario:

[1073] s. 168. *Anulus a perilri rmo Kosicki Smae Cruci oblatus*. Perilris rmus Paulus Kosicki cath. Gnesn. canonicus, coad. decanus loci praesentis anulum aureum, suum proprium, duodecim lapidibus adamantinis circumductum, in medio lapidem<sup>1</sup> vocitatum habentem, cordis figurae Crucifixi Christi Domini vulneri in Capella Komoroviana infixit et perpetuis temporibus applicavit. Cuius piam oblationem capitulum praesens actis suis annotare mandavit annotaturque per praesentes.

[1074] s. 168. *Imago SS. Rochi et Sebastiani*. Cum iam crux ex Capella Węzykoviana ad Capellam Komorovianam et imago in locum eius S. Ioannis Nepomuceni ad Capellam Węzykovianam sunt translatae, proinde in loco imaginis S. Ioannis Nepomuceni imaginem SS. Rochi et Sebastiani locandam Capitulum censuit.

D. 1 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[1075] s. 169. *Vota Altaris Smae Crucis*. Vota argentea in servatorio exstantia, antiquitus Smae Cruci obla[ta], in tabulatura Altaris Smae Crucis Komoroviani appendantur.

D. 15 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[1076] s. 170. *Candelabra argentea Potocciana*. Quoniam in anteactis actis de candelabris sex argenteis ab celmo olim principe Potocki archiep. po Gnesn., ad Altare Smae Crucis oblatis, nihil constat, proinde Rmum praesens Capitulum gratam praemissorum per praesentes mentionem facit, statuendaque procontinuo in eodem altari decernit.

D. 13 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[1077] s. 171. *Antependium ad Altare Maius*. Ad antependium Maioris Altaris, in parte delaceratum, coëmendam materiam Capitulum censuit.

Dieb. 8—16 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1078] s. 173 (10 Dec.). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Relectis statutis, tum decretis tam reformationum, quam anteacti generalis et partialium capitulorum, eadem decreta praesens capitulum ratihabuit.

[1079] s. 173. *Revisio libri foundationum*. Ad revidendum librum connotandarum foundationum deputatur ex praesenti capitulo perilris Kaszowski.

[1080] s. 174 (11 Dec.). *Pastorale*. Negotium pastoralis ilmo Bajer episcopo Culmensi commodati prorogatur ad ulterius.

<sup>1</sup> Nazwy tego kamienia nie podano.

[1081] s. 174 (12 Dec.). *Expensarum fabricae Sacristiae et Capellae Komorovianae calculus*. Perilris rmus dnus Paulus Kosicki cath. Gnesn. canonicus, infulatus praepositus Camenensis, loci praesentis coad. decanus, celmi olim principis Adami Komorowski archieppi Gnesn. exsecutor [testamenti] produxit in praesenti capitulo regestrum expensarum tam de summa viginti millium florenorum polon., mediante decreto capituli sui generalis die 31 Maii anno 1760 pro extruenda Capella Smae Crucis foundationis Komorovianae sibi extradita, quam de aliis summis, utpote pro comparatione mausolei in capella Ecclesiae Collegiatae praesentis, ac demum de alia summa pro extruenda Sacristia cum asservatorio sursum eminenti erogatis. Quae quidem summae tres, sicut praefertur, in exaedificationem praemissarum fabricarum expensae et erogatae efficiunt summam in unum computatam quinquaginta trium millium sedecim flor. polon. grossorum quattuor solidorum duorum. Quo itaque relecto calculo, actisque pro suscepto labore et favore erga ecclesiam praesentem eidem perilri rmo coad. Decano gratiis, eundem calculum, restituto denuo originali, conservandum in copiis circa acta Capitulum decrevit.

[1082] s. 174—175. *Aurum Komorovianum*.

[1083] s. 176 (13 Dec.). *Relatio perilris ad revidendum librum foundationum Deputati*. Quoniam difficilem agnitionem absolutarum fundationum in libro perilris Deputatus refert, proinde capitulum praesens decernit, quatenus quilibet altarista sub seorsivo capite missas suas absolutas in libro connotet. Qui p. Deputatus signabit capita distincta pro quolibet altarista in eodem libro.

[1084] s. 176. *Liber ordinationis summarum et actorum*. Adimplendo condicionem in anteriori decreto appositam, perilris Żeliński ordinationem summarum perscriptam in praesenti capitulo produxit. Quam Capitulum compactam determinavit, ac etiam librum pro continuandis actis comparandum sumptibus massae iniunxit.

[1085] s. 177. *Supplex libellus Servitorum ecclesiae*. Considerando carentiam<sup>k</sup> temporum modernorum Servitoribus ecclesiae, nempe Sacellano coretum siliginis, reliquis per semicoretum dandos Capitulum permisit.

## 1765

Diebus 28 Maii — 15 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1086] s. 188 (29 Maii). *Recapitulatio*. Relectis statutis decretisque tam reformationum, anteacti capituli generalis, quam et subsequentium capitulorum partialium, eadem decreta praesens capitulum rati habuit.

[1087] s. 189. *Deputatio ad revidendum librum foundationum*. Ad revidendum librum connotandarum foundationum deputantur, cum relatione Capitulo facienda, perilres Żeliński et Kaszowski.

[1088] s. 189 (30 Maii). *Inventarium ecclesiae*. Revisionis Sacristiae et conscribendarum in ea rerum ecclesiasticarum tam antiquarum, quam noviter accessarum perilris Archidiaconus<sup>30</sup> in se munus suscepit. Cui ad connotandum regestrum additur rdus Deriakubowicz psalterista.

[1089] s. 189. *Liber ordinationis summarum*. Perilris Żeliński canoni-

<sup>k</sup> caristiam akta.

<sup>30</sup> Prał. Marcinkowski — jak przyp. 14.

cus et causarum procurator reposuit librum ordinationis summarum omnium et singularum, noviter per se confectum. Pro quo ei Rmum Capitulum gratias egit ac determinatos pro labore florenos [polon.] trecentos exsolvendos determinavit.

[1090] s. 190 (31<sup>1</sup> Maii). *Pastorale apud ilium eppum Culmen*. Innovatur praesenti gratia ulterioris memoriae pastorale ilmo episcopo Culmensi praevio scripto reversali concessum.

[1091] s. 191. *Argentum conflatum Altaris Maioris*. Conflatum post combustionem Altaris Maioris argentum, circa revisionem et inventarium rerum ecclesiasticarum per periles deputatos faciendum, ponderandum et circumscribendum, ad ulteriorem dispositionem sic manere Perillustres Capitulares censuerunt.

[1092] s. 191. *Aurum Komorovianum*. Iuxta nexum et disposiotionem anteriorem decretorum aurum Komorovianum ad dividendum in Thesauro Ecclesiae manebit.

[1093] s. 197 (8 Iun.). [*Procuratores electi in annum sequentem: bonorum A. Zajączkowski, causarum I. Żeliński*].

[1094] s. 198—200 (13 Iun.). *Ingrossatio privilegii<sup>1</sup> ad praelaturam Decanatus sese referentium*.

[Modyfikacja przez arcybpa Łubieńskiego w 1765 r. dok. inkorporacyjnego par. Maków dla dziekanatu łowickiego z 1491].

[1095] s. 201. *Donativum rdo Capituli Notario*. Ex singulari gratia Rmum Capitulum rdo Capituli sui Notario florenos [polon.] ducentos solvendos pro anno praesenti assignat.

Die 17 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[1096] s. 206. *Postulat commodationem imaginis praep. S. Spiritus*. Postulatum ilris Praepositi Ecclesiae Sancti Spiritus<sup>31</sup>, intuitu commodationis imaginis Beatissimae ex Ecclesia Collegiata praesenti pro introductione Confraternitatis eiusdem Bmae Consolationis, committitur ilri Collegiatae praesentis Vicecustodi.

D. 4 Decembris, in capitulo partiali extraordinario:

[1097] s. 209. *Obitus p. rmi Piaggia custodis*. Indolebile ultimae vitae perilris rmi Adalberti Piaggia custodis loci praesentis, iudicis surrogati Curiae Suae Celsit. Primatialis fatum, in die hodierna hora duodecima circa mediam noctem, consummatum actis suis Capitulum connotare mandavit.

[1098] s. 209. *Approbatio testamenti eiusdem*.

Dieb. 8—11 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1099] s. 210 (9 Dec.). *Recapitulatio*. Relectis statutis et decretis tam reformationum, quam generalis anteacti ut et partialium capitulorum, eadem Parillustres Capitulares ratihabuerunt.

[1100] s. 211. *Effigies olim celmi principis Szembek*. Post fata et obitum perilris Piaggia custodis, effigiem olim celmi Christophori Szembek archieppi Gnesn.<sup>32</sup> derelictam perilres eius exsecutores ad eccle-

<sup>1</sup> 21 błęd. akta.

<sup>1</sup> privilegiorum akta.

<sup>31</sup> Ks. Jan Dziewierski, także założyciel Niższego Seminarium Duch. (tzw. Bartoszków) w Łowiczu.

<sup>32</sup> Krzysztof Antoni Szembek h. włas. m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1739—1748.

siam praesentem obtulerunt, eandemque proxime ad tumulum, ubi corpus eius iacet, in memoriam sepulturae eius parieti affigendam postularunt. Pro quo eis Rmum Capitulum gratias egit et effigiem eandem instantanee statuendam ad tumulum eiusdem celmi Principis demandarunt.

[1101] s. 211. *Imago Bmae ad Altare Maius*. Quoniam imago Beatisimae ad Altare Maius nullibi corrigi seu reformari valet, proinde eandem, ut est depicta Romae, in altari eodem statuendam Capitulum censuit per praesentes.

[1102] s. 215—216 (10 Dec.). *Mensura pro avena strenali coretorum antiquorum*.

[1103] s. 217. *Inventarium ecclesiasticum*. Functus officio deputationis suae perilris Archidiaconus produxit in praesenti capitulo inventarium rerum ecclesiasticarum tam antiquarum, quam noviter accessarum et decessarum per se conscriptum. Quo relecto Rmum Capitulum eidem pro suscepto labore gratias egit.

[1104] s. 217. *Revisio libri fundationum*. Ad revisionem libri connotandarum fundationum deputatur ex praesenti capitulo perilris Wężyk.

[1105] s. 217. *Pastorale apud ilmm eppum Culm*. Pro memoria in ulterius servanda innovatur commodatum pastorale ilmo episcopo Culmensi.

[1106] s. 225 (11 Dec.). *Recapitulatio*. Relectis decretis capituli praesentis, eadem Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[1107] s. 225. *Limitatio capituli*. Ob rationem visitationis Celmi Principis seu porrectionis **decreti reformationis** limitatur capitulum.

D. 20 Decembris, in capitulo partiali ordinario:

[1108] s. 225—226. *Installatio p. rmi Szaniawski ad praelaturam Custodiae*. Coram pilbus rmis suprascriptis Praelatis et Canonicis capitulariter congregatis comparens personaliter pilris rmus Thomas Szaniawski metrop. Gnesn. canonicus, Collegiatae Volboriensis et Parochialis Komarniewiczensis praepositus<sup>33</sup> exhibuit litteras institutionis sui ad praelaturam Custodiae Insignis Ecclesiae Collegiatae Łowiciensis fundi Ecclesiae Parochialis in Bąków eidem praelaturae Custodiae incorporatae, morte et obitu olim p. rmi Adalberti Piaggia illius ultimi et immediati possessoris vacantem, ex praesentatione ilris magci Rochi Zbiewski castellani Calissiensis, capitanei [s. 226] Łowiciensis uti dictae praelaturae Custodiae legitimi patroni et collatoris, sub die 18 mensis Decembris anno praesenti 1765 sibi a celmo principe Vladislao Alexandro Pomian a Łubna Łubieński Dei et Apostolicae Sedis gratia archieppo Gnesn. etc. benigniter impertitas, manu eius subscriptas et sigillo maiori communitas. Vigore quarum petiit se ad dictam praelaturam Custodiae recipi, vocem in capitulo concedi et stallum competens assignari. Et Rmum Capitulum, receptis cum debita, qua par est, reverentia praefatis institutionis litteris, iisdemque capitulariter relectis, eundem pilrem rmum Institutum unanimi voto et consensu in gremium sui recipiendum ac in possessionem dictae praelaturae Custodiae inducendum esse censuit, atque pro eadem sui inductione et installatione facienda (recepta ab eo iuxta praescriptum Concilii Tridentini, et praesertim bullae felcis recordationis Pii IV papae, fidei professione, tum quoque de observandis

<sup>33</sup> Tomasz Szaniawski h. Junosza, m.in. prał. kustosz łow. w l. 1765—1780.

huius Capituli novis et antiquis statutis corporali iuramento) pilrem Iosephum Marcinkowski archidiaconum et Adalbertum Węzyk canonicum Capituli sui deputavit. Qui taliter Deputati eundem pilrem Institutum in facie totius cleri et populi, protunc ad Divina congregati, stalum in choro eidem praelaturae competens locumque in capitulo assignarunt, in possessionemque curiae, iurium, proventuum et reddituum dictae Custodiae cum solitis caeremoniis induxerunt et intromiserunt. De quorum pacifica possessione idem pilris rmus Installatus iterum atque iterum protestatus est.

## 1766

Die 25 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[1109] s. 228. *Transactiones igne absumptae in Archivo Ravensi.* Transactiones ad Capitulum sese referentes igne cum Archivo Ravensi<sup>34</sup> in anno praesenti absumptas per oblatam porrigendas, capitulum praesens censuit.

Diebus 20 Maii — 6 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1110] s. 233 (21 Maii). *Lectio statutorum et recapitulatio.* Relectis statutis et decretis tam reformationum, quam anteacti capituli generalis et partialium capitulorum, eadem decreta Perillustres Capitulares rati habuerunt.

[1111] s. 234 (23 Maii). *Cultus Divinus et revisio libri foundationum.* Ad revisionem libri foundationum absolvendarum per Collegia Minora et Altaristas connotandarum deputatur ex praesenti capitulo pilris canonicus Kaszowski.

[1112] s. 236 (26 Maii). *Inentarium ecclesiae.* Ad verificandum inventarium ecclesiasticum conscriptionemque noviter accessorum et decessorum deputantur pilres Tarnowski et Kaszowski, cum relatione futuro capitulo facienda.

[1113] s. 243 (30 Maii). *Pastorale.* Pastoralis apud illum episcopum Culmensem haerentis capitulum praesens mentionem fecit.

[1114] s. 247, 249 (5, 7 Iun.). [*Procuratores in annum sequentem electi: bonorum A. Zajączkowski, causerum A. Węzyk.*]

[1115] s. 248 (6 Iun.). *Caeremoniarius constituitur.* In locum rdi Szymankiewicz constituitur in praesenti capitulo rdus [Iosephus] Śladecki vicarius. Apud quem rdum Szymankiewicz anteactum caeremoniarium partiale capitulum vim investigandi de libris caeremonialibus habebit.

D. [13] Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[1116] s. 258. *Communicandi tapetes pilri rmo Pstrokoński vicepraesidenti Tribunalis Regni.* Quodsi postulaverit pilris rmus Pstrokoński cath. Gnesn. et loci praesentis canonicus, vicepraesidens Tribunalis Regni commodationem pro sua functione tapetum parieti affigendorum, extunc commodandos eosdem Potoccianos Capitulum determinavit. Tandem non accepit.

Dieb. 8—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1117] s. 262 (9 Dec.). *Lectio statutorum et recapitulatio.* Relectis

<sup>34</sup> Archiwum Grodu Rawskiego.

statutis, tum decretis reformationum atque decretis anterioris capituli generalis et partialium capitulorum, eadem Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[1118] s. 263 (10 Dec.). *Pastorale*. Commodati pastoralis ilmo episcopo Culmensi praesens capitulum mentionem facit.

[1119] s. 272 (13 Dec.). *Recapitulatio*. Relectis decretis capituli praesentis eadem ratihabuerunt.

### 1767

Die 17 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[1120] s. 273. *Pro actu consecrationis Ilmi Procancellarii res concedendae*. Praevio registro, per commodationem dando et subscribendo pro consecratione Ilmi Regni Procancellarii<sup>35</sup>, quae exigentur, concedendas Capitulum permisit.

D. 23 Maii, in capitulo partiali ordinario:

[1121] s. 275—276. *Postulatum Rdorum Patrum Reformationum Miedniewiciensium*. Licet quidem Rdi Patres Reformati Conventus Miedniewiciensis<sup>36</sup> tapetes pro imminenti sollemnitate coronationis Bmae Virginis Mariae a Capitulo commodandos requirunt, cum tamen imminetibus Festivitatibus<sup>37</sup> etiam ecclesia propria decus suum requirit, proinde obstantibus praemissis, quantum exempli valet commodandos ex Capella saltem Sanctae Victoriae, eosdem tapetes capitulum praesens, praevio scripto [s. 276] reversali permittit praesentium vigore.

Diebus 9—25 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1122] s. 276 (10 Iun.<sup>m</sup>). *Recapitulatio*. Relectis statutis, tum decretis reformationum necnon capituli immediati generalis et partialium capitulorum, eadem decreta Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[1123] s. 277. *Imago celmi olim princ. Komorowski*. Effigiem celmi olim principis Komorowski in Sacristia Capitulari parieti affigendam Capitulum censuit, compartimentum pilris futurus Procurator construere mandabit.

[1124] s. 278 (12 Iun.). *Reparatio ciborii*. Reparatio seu exstructio novi ciborii, obstantibus modernis circumstantiis temporis, felicioribus temporibus praesens capitulum reliquit.

[1125] s. 280 (13 Iun.). *Transactiones ad Acta Ravensia conflagratas per oblatam porrigendas*. Transactiones post conflagrationem Actorum Castrensiū Ravensium, ad negotia Capituli sese referentes, captato tempore per oblatam porrigendas Capitulum censuit.

[1126] s. 280. *Pastorale et apparatus apud illum eppum Culmensē*. Pastoralis et apparatus commodatorum ilmo episcopo Culmensi capitulum praesens mentionem fecit.

[1127] s. 285 (25 Iun.). *Exsequiae pro anima Celmi Principis*. Cum celmum principem Vladislauū Łubieński archiepiscopum Gnesnensem

<sup>m</sup> Maj akta.

<sup>35</sup> Andrzej Stanisław Młodziejowski h. Korab, dr ob. prawa, biskup przemyski w r. 1766, kanclerz kor. 1767, bp poznański w 1768.

<sup>36</sup> Klasztor Reformatorów w Miedniewicach k. Sochaczewa.

<sup>37</sup> Zbliżały się Zielone Świątki i kapituła gen.

die 20 praesentis Varsaviae morte obiisse constat, proinde exsequiis pro anima eius decantandis capitulum praesens diem crastinam, videlicet 26 praesentis assignat.

[1128] s. 287. [*Procuratores electi in annum sequentem: bonorum A. Zajączkowski, caesarum S. Szeliski*].

[1129] s. 288. *Donativum rdo capitulari Notario*. Rdo Capituli Notario, pro iuvamine in negotiis Capituli, ducentos florenos pro anno praesenti Capitulum assignavit.

[1130] s. 288. *Recapitulatio*. Facta recapitulatione decretorum praesentis capituli, eadem decreta praesens capitulum ratihabuit.

D. 11 Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[1131] s. 289. *Devotio transferenda ad Ecclesiam S. Leonardii*. Ob imminentem maiorem structuram **mausolei** in ecclesia praesenti celmi olim principis Łubieński immediate vita functi, transferendam devotionem ad Ecclesiam Sancti Leonardi. Ad tempus terminandi funeris Capitulum censuit anniversaria capitularia et missas lectas in loco absolvi posse.

D. [18] Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[1132] s. 289—290. *Inventarium advocatae in Zabostów*. Pilris canonicus Janicki produxit in praesenti capitulo inventarium advocatae in Zabostów<sup>38</sup>, per se una cum pilri [s. 290] Kontowski conscriptum. Quo relecto eisdem plbus Deputatis Rmum Capitulum gratias egit. Et quoniam maius longe inventarium in ibidem per illum antea actum Tenuarium<sup>39</sup> est relictum, proinde dirigendas ad eundem cum gratiarum actione litteras Capitulum censuit.

D. 12 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[1133] s. 295. *Argentaria fati celmi olim Principis ad ecclesiam praesentem in recompensam peristromatum disposita*. In recompensam deterioratorum tapetum parietalium, tam baldachini ac aliarum rerum, celmo olim Principi commodatarum, ilmi Exsecutores obtulerunt res infranominatas, registro specificatas, cuius tenor eiusmodi — Registrzeczy odebranych do Zakrystyi po śp. J. Xciu Jmci Łubieńskim arcybiskupie gnieźnieńskim: pacyfikał srebrny pozłocisty 1; miednica cała wyzłacana 1; nalewka takż herbowna 1; tacka z wierzchu wyzłacana, na brzegach floresy bite z tymże herbem 1; [taca] srebrna pozłocista, ampulki dwie srebrne pozłociste; dzwonek jeden srebrny; cereusz jeden z łańcuszkiem srebrnym, cały wyzlacany. Pro quibus itaque, per manus rmi Kosicki receptis, Rmum Capitulum gratias debitas egit.

[1134] s. 295. *Litterae ad illum eppum Culmensem dirigendae*. Dirigendas litteras intuitu apparatus commodati ad illum episcopum Culmensem Capitulum censuit.

D. 26 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[1135] s. 296. *Litterae dirigendae ad illum eppum Culmensem*. Quoniam ilmus episcopus Culmensis in ulterius pastorale et apparatus fati olim celmi principis Komorowski retinendum apud se affectat, proinde rescribendas ad eundem litteras permissivas retinendi ad tempus res easdem censuit.

<sup>38</sup> Zabostów Duży i Mały wsie w par. kolegiackiej i Kompina.

<sup>39</sup> Dzierżawcą tym był jeden z członków kapituły.

Dieb. 8—14 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1136] s. 299. *Lectio statutorum et decretorum*. Relectis statutis et decretis tam reformationum, quam generalis et partialium capitulorum, eadem decreta partialia Perillustres Capitulares pro rato susceperunt.

[1137] s. 303—304 (10 Dec.). *Bulla Romana innovationis villarum Słomków et Dąbrowice ad Decanatum Łowiciensem*. Por. nr [1094].

[1138] s. 310 (14 Dec.). *Revidendus liber fundationum connotandarum*. Ad revisionem libri connotandarum fundationum deputatur ex praesenti capitulo pilris canonicus Kontowski.

### 1768

Diebus 24 Maii — 3 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1139] s. 314 (25 Maii). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Relectis statutis et decretis reformationum ac capituli generalis et partialium capitulorum, eadem decreta Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[1140] s. 320 (28 Maii). *Aurum Komorovianum*. Committitur ilri Vicecustodi divenditio auri Komoroviani, quo potuerit meliori modo.

[1141] s. 323, 326 (30 Maii, 1 Iun.). [*Procuratores in annum sequentem electi: bonorum A. Zajączkowski, causarum S. Szeliski*].

[1142] s. 325 (31 Maii). *Inventarium ecclesiae*. Ad conscribendum inventarium rerum ecclesiasticarum tam anteriorum inventariis comprehensarum, quam noviter accessarum deputatur ex praesenti capitulo pilris canonicus Kontowski.

[1143] s. 325. *Postulatum Patrum Scholarum Piarum*. Postulationi Patrum Scholarum Piarum<sup>40</sup> pro commodatione rerum ecclesiasticarum, pro actu canonisationis s. patris eorum Iosephi Calasantii supplicantium, Capitulum annuendo, idem negotium ilri Vicecustodi Ecclesiae suae Collegiatae praesentis commisit, ut quidquid illi visum et possibile ad commodandum fuerit, praevio registro rerum commodatarum, extradat.

[1144] s. 326—327 (1 Iun.). *Platea Glinki*. Quoniam incolae inhabitantes plateam Glinki, iurisdictioni Capituli subiectam, **documenta** et privilegia deperdisse allegant, proinde relinquitur vigor partiali capitulo tradendi iisdem incolis, in recognitionem dominii Capitulo pendentis [s. 327] dimensurandas areas easdem in cubitos et ex cubito constituendum proportionaliter censum terragicum per pilrem causarum Procuratorem, Capitulum censuit. Quotiescumque autem pactum emendi et vendendi iidem incolae plateae memoratae de areis per se possessis inter se habuerint (quod ipsis etiam praesenti conceditur) in actis villanis capitularibus recognoscere, rdus quoque **Notarius** Capituli submissionem pro solvendo praedicto censu inscriptioni venditivae annotare tenebitur —

[1145] s. 328 (3 Iun.). *Donativum rdo Capituli Notario*. Pro addita opera in negotiis Capituli Rmum Capitulum rdo Capituli sui Notario florenos 200 assignat.

Die 30<sup>a</sup> Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[1146] s. 332. *Pastorale ab ilmo eppo Culmensi*. Ilmus Bajer episcopus

<sup>40</sup> 29 błęd. akta.

<sup>40</sup> Pijarzy byli w Łowiczu od r. 1668.

Culmensis commodatum a Capitulo pastorale retromisit, cappam et apparatusum ac gremiale, ex quo notabiliter deteriorata (ut testantur litterae eius) retinuit. Verum nova omnia praemissa comparare et restituere, aliaque plura beneficia huic ecclesiae praestare pollicitus. Litteras proinde pro pollicitis beneficiis ad eundem dirigendas Capitulum censuit, scriptumque pro pastoralis datum in manus pilris Archidiaconi<sup>41</sup> ad transmittendum consignavit.

D. 3 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[1147] s. 336—337. *Installatio pilris rmi* [Gabrielis] Turski<sup>42</sup> in *Coadiutoriam Praepositurae Łowiciensis*.

D. 26 Septembris, in capitulo partiali extraordinario:

[1148] s. 340. *Libri ad Psalterium comparandi*. Quoniam libri ad decantandum Psalterium penitus dissaepiti et destructi capitulo praesenti constat, proinde Capitulum commisit pilri Procuratori, ut eosdem libros coëmat.

Dieb. 8—22 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1149] s. 344. *Recapitulatio*. Facta recapitulatione statutorum decretorumque tam reformationum, quam immediati capituli generalis partialiumque capitulorum, eadem decreta Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[1150] s. 344 (10 Dec.). *Inventarium rerum ecclesiasticarum et regestrum librorum Bibliothecae Capitularis*. Pilris Ioannes Kontowski canonicus loci praesentis, ex anteacto capitulo generali Festorum Pentecosten ad conscribendum regestrum rerum ecclesiasticarum deputatus, in praesenti capitulo produxit idem regestrum, manu sui conscriptum, et in eodem libro, ex speciali sua gratia librum ad id comparatum, inductum. Insuper in eodem libro ex speciali sua gratia praesentavit regestratos libros Bibliothecae Capitularis, per se descriptos et per classes compositos et ordinatos. Quae regestra seu potius inventaria, manu pilris Praesidentis<sup>43</sup> capituli subscripta, in Archivo Capituli conservanda Capitulum mandavit, pilrique suprascripto Canonico gratias debitas pro suscepto labore egit.

[1151] s. 345. *Imago Beatissimae in Altari Maiori*. Imago Bmae Virginis Mariae in Altari Maiori in longitudine et latitudine sua multum spatio designato deficit, ut itaque ilris<sup>o</sup> Vicecustos captato tempore eandem dividere, alia autem imago comparari possit, capitulum praesens dat suam facultatem.

[1152] s. 345. *Liber foundationum connotandarum*. Ad revisionem libri foundationum connotandarum deputatur pilris Łukaszewicz<sup>44</sup>.

[1153] s. 345. *Revisio Archivi et summariorum eiusdem*. Ad revisionem Archivi deputantur pilres Żeliński et Łukaszewicz.

[1154] s. 347 (12 Dec.). *Aurum Komorovianum*. Reassumitur anterioris capituli generalis Fest. Pentecosten decretum, committiturque ilri Vicecustodi loci praesentis venditio auri Komoroviani relative ad capitulum.

<sup>o</sup> Pilris akta.

<sup>41</sup> *Prat. Marcinkowski* — jak przyp. 14.

<sup>42</sup> *Gabriel Józef Turski h. Rogala, m.in. prat. koad. prepozyt łow. od r. 1768, prepozyt w l. 1776—1790.*

<sup>43</sup> Jak przyp. 41.

<sup>44</sup> *Barłomiej Łukaszewicz m.in. kan. łow. w l. 1765—1780.*

[1155] s. 353 (19 Dec.). *Apparatus apud illum eppum Culmensem*. Reassumitur antierius decretum capituli immediati generalis innovanturque litterae pro deteriorato apparatu eidem ilmo episcopo Culmensi commodato, novum comparare determinantes cum ceteris beneficiis eidem ecclesiae praesenti praestari litteris iisdem declaratis.

[1156] s. 354 (21 Dec.). *Tubae musicales*. Comparatae sumptu Capituli tubae, ut non deteriorentur per privatos usus musicorum, in **Sacristia** in cistula occlusa conservabuntur. A qua rduſ Vicecustos clavem habebit, recipiet et extradet attendetque, ut pro devotione tantum Ecclesiae Collegiatae iisdem utantur.

[1157] s. 356 (22 Dec.). *Electio thesaurarii Confoederationis S. Ioannis*. Spect. Połatyński consul Civitatis praesentis in thesaurarium Altaris Sancti Ioannis Nepomuceni eligitur et constituitur. Cui pilres ad recipiendum ab exsecutoribus spect. Barszcz calculum Deputati collectam pecuniam et libros reddent.

### 1769

Diebus 16<sup>p</sup> Maii — 3 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1158] s. 363 (17 Maii). *Recapitulatio*. Relectis statutis, decretis reformationum, tum decretis immediati capituli generalis atque partialium capitulorum, eadem decreta Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[1159] s. 364 (18<sup>a</sup> Maii). *Cultus Divinus*. Ad revidendas **reliquias** Ecclesiae Collegiatae, et praesertim S. Victoriae, sigillaque iisdem reliquiis appensa deputatur pilris Tarnowski, cum relatione Capitulo faciendā — —

[1160] s. 364. *Deputati ad revisionem libri foundationum*. Pilres iidem Tarnowski et Szeliski ad revisionem libri foundationum annotandarum deputantur.

[1161] s. 365 (19<sup>r</sup> Maii). *Aurum Komorovianum*. Divenditio auri Komoroviani ob calamitatem temporis praesentis<sup>45</sup> ad ulterius suspenditur, opportune tamen divendatur.

[1162] s. 365. *Tubae musicales*. Reassumitur decretum anterioris capituli generalis iniungiturque ilri Vicecustodi, ut tubae musicales noviter emptae serventur in Sacristia et ad nullos usus privatos accipi permittantur.

[1163] s. 366. *Apparatus apud illum eppum Culmensem*. Apparatus apud illum episcopum Culmensem haerentis capitulum praesens mentionem fecit.

[1164] s. 369 (26 Maii). *Donativum rdi Notarii*. Quoniam adpraesens massa exhausta, proinde 200 florenos eidem dono assignatos ex proveniibus vindicandis sibi repetet. Expensas porrectas eidem pilris Procurator refundet.

[1165] s. 370, 371 (29 Maii, 3 Iun.). [*Procuratores electi in annum sequentem: bonorum I. Kontowski, causarum (iurium) S. Szeliski*].

[1166] s. 370 (30 Maii). *Torquis aurea Wężykoviāna*. Divenditio tor-

<sup>p</sup> 26 błęd. akta.

<sup>a</sup> 16 akta.

<sup>r</sup> 17 akta.

<sup>45</sup> Mowa o potyczkach z konfederatami barskimi.

quis aureae Wężykovianae cum cruce committitur pilri canonico Łukaszewicz, una cum auro Komoroviano, cui et ubi potuerit, curanda.

[1167] s. 370. *Moneta anteriorum massarum reducenda*. Monetam anteriorem massae, in variis tinphonibus ac alia moneta exstantem, pilris canonicus Łukaszewicz curabit omni meliori modo reducendam et prodeendam.

Die 24 Iulii, in capitulo partiali extraordinario:

[1168] s. 374. *Obitus ilmi [Christophori] Dobiński [suffr. Gnesn.] decani loci praesentis*.

Dieb. 8—17 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1169] s. 382 (9 Dec.). *Recapitulatio*. Lectis statutis decretisque reformationum, tum et decretis generalis anteacti et partialium capitulorum, eadem decreta Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[1170] s. 384 (11 Dec.). *Litterae recommendatoriae rdi Notarii ad Celmum Principem*. Cum obventurus speratur vacans fundus canonicatus post ascensum pilris canonici Kaszowski ad Decanatum Lanciciensem, recommendandum rdum Capituli sui Notarium ad eundem canonicatum per litteras dirigendas Celssissimo Principi<sup>46</sup> Capitulum censuit.

[1171] s. 384. *Aurum Komorovianum et torquis Wężykoviana*. Auri Komoroviani et torquis Wężykoviani divenditionis modus relinquitur cum pleno igore partiali capitulo.

[1172] s. 385 (12 Dec.). *Apparatus apud ilmum eppum Culmensem*. Annotatur pro memoria apparatus ilmo Bajer episcopo Culmensi commodatus litteris ad Capitulum directis restitui, seu ob deteriorationem eius novum comparari determinatus.

## 1770

Diebus 5—23 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1173] s. 392 (6 Iun.). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Relectis statutis et decretis tam reformationum, quam immediati capituli generalis et partialium capitulorum, eadem decreta Capitulum ratihabuit.

[1174] s. 393 (7 Iun.). *Revisio libri foundationum*. Ad revisionem libri connotandarum foundationum deputatur ex praesenti capitulo pilris canonicus Kontowski, cum relatione Capitulo facienda.

[1175] s. 393—394 (8 Iun.). *Fiat inventarium status Curiae post mortem cuiuslibet pilris Capitularis*. Ut conservationi curiarum per quemlibet praelatum et canonicum Capitulo provideatur, post cessum vel decessum cuiusvis ad conscri[s. 394]bendum statum curiae eiusdem deputandum, et descriptionem reparationis sive desolationis perficiendam, Capitulo praestandam et in **Archivo** Capituli conservandam Capitulum censuit.

[1176] s. 394 (9 Iun.). *Aurum Komorovianum et torquis Wężykoviana*. Reassumitur decretum anterioris capituli generalis Festi Immac. Conceptionis BVM 1769, obliganturque pilres anteacto capitulo destinati, ut quantocius modum divendendi auri Komoroviani et torquis Wężykovianae adinveniant.

<sup>46</sup> *Gabriel Jan Podoski h. Junosza, dr ob. prawa, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1767—1777.*

[1177] s. 395. *Apparatus apud ilmun eppum Culmensem*. Apparatus ilmo episcopo Culmensi accommodati et ob deteriorationem eiusdem in novo restitui determinati praesens capitulum mentionem facit.

[1178] s. 395 (11 Iun.). *Monetae antiquioris commutatio*. Reassumitur decretum anterioris capituli generalis obligaturque pilris canonicus Łukaszewicz una cum p. canonico Kontowski, ut monetam antiquiorem in summa trium millium tinphonum prutenicorum, in massa Capituli adusque degentem, commutari faciant.

[1179] s. 398, 402 (16, 23 Iun.). [*Procuratores in annum sequentem electi: bonorum I. Kontowski, causarum S. Szeliski*].

[1180] s. 402 (23 Iun.). *Pyxis reformanda*. Quoniam pilris canonicus Zajączkowski suo sumptu deaurationem pyxidis vetustate deterioratae offert, proinde capitulum praesens opportuno tempore reformandam eandem pyxidem determinat et p. Zajączkowski pro testato beneficio debitas deponit gratias.

Die 30 Iunii, in capitulo partiali ordinario:

[1181] s. 404. *Restituitur residentia Sanctuariis*. Hypocaustum, in quo olim pilris canonicus Zajączkowski de consensu Capituli ad vitae suae tempora permanserat, ad dispositionem suam Rmum Capitulum recipit et rehat. In eademque residentia unum hypocaustum pro schola, alterum pro Sanctuariis praesentibus disponit.

D. 14 Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[1182] s. 407—408. *Deputatio ad conficiendum inventarium curiae derelictae fati olim pilris Zajączkowski*. Pilres Węzyk et Kontowski ad curiam ad Ecclesiam S. Ioannis Baptistae sitam et iacentem, fati olim p. Adami Zajączkowski canonici loci praesentis, illius ultimi et immediati possessoris derelictam, deputantur per praesentes, cum relatione Capi[s. 408]tulo suo cum confecto eodem inventario facienda.

Dieb. 8—19 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1183] s. 415 (10 Dec.). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Relectis statutis et decretis factaque recapitulatione decretorum tam anteacti generalis, quam et partialium capitulorum, eadem decreta Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[1184] s. 416. *Inventarium ecclesiae*. Pilris bonorum Procurator verificabit praeteritum inventarium et noviter res accessas connotabit.

[1185] s. 416. *Revisio libri foundationum*. Pilris Rybiński<sup>47</sup> librum foundationum revidebit et Capitulo referet.

[1186] s. 419 (12 Dec.). *Apparatus apud ilmun eppum Culmensem*. Reassumuntur anteriora decreta in puncto commodatorum ilmo episcopo Culmensi ex ecclesia praesenti apparamentorum.

[1187] s. 421 (15 Dec.). *Aurum Komorovianum*. Pilbus ad Celmum Principem Delegandis datur facultas divendendi aurum Komorovianum omni meliori modo.

[1188] s. 422. *Relatio pilrium ad conscribendum inventarium curiae fati olim p. Zajączkowski Deputatorum*. Pilres ad conscribendum inventarium curiae fati olim pilris Zajączkowski derelictae Deputati prodixerunt in praesenti capitulo idem inventarium per se descriptum, quod

<sup>47</sup> Filip Jakub Rybiński h. Radwan, m.in. kan. łow. w l. 1769—1791, surogat łow.

taliter productum in **Archivo** Capituli conservandum Capitulum censuit et pilbus Deputatis gratias egit.

## 1771

Die 19 Februarii, in capitulo partiali extraordinario:

[1189] s. 423. *Aurum Komorovianum*. Aurum Komorovianum a multo tempore decretis capitularibus ad dividendum dispositum, cum pilris bonorum Procurator maiori pretio<sup>s</sup> unam quam talero uno divendi non posse, et sic ad ultimum unum ex mercatoribus nonnisi promisisse refert, proinde Capitulum et super eodem valore et pretio consentit et dividendum eidem p. Procuratori permittit.

Diebus 21—29 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1190] s. 427 (22 Maii). *Recapitulatio*. Facta recapitulatione decretorum tam anteacti generalis, quam et partialium capitulorum, relectisque statutis et decretis reformationum, eadem decreta capitularia Perillustres Capitulares ratihabuerunt per praesentes.

[1191] s. 427 (23<sup>t</sup> Maii). *Deputatio ad revisionem libri foundationum*. Ad revisionem libri connotandarum foundationum deputatur pilris Łukaszewicz.

[1192] s. 428 (24<sup>u</sup> Maii). *Apparatus apud ilium eppum Culmensem*. Ratione apparatus apud ilium episcopum Culmensem Capitulum per praesentes mentionem facit.

[1193] s. 430 (27<sup>v</sup> Maii). *Inventarium ecclesiasticum*. Quoniam pilris Kontowski canonicus et procurator bonorum, ad conscribendum inventarium ecclesiasticum deputatus, multis<sup>w</sup> adpraesens distentus est negotiis, proinde relinquitur vigor partiali capitulo recipiendi relationem et revidendi registra conscripti seu verificati eiusdem inventarii.

[1194] s. 431 (28<sup>x</sup> Maii). [*Procuratores electi in annum sequentem: bonorum I. Kontowski, causerum S. Szeliski*].

[1195] s. 432 (29 Maii). *Innovatio privilegii incorporationis Makowa ad Decanatum Łowiciensem et beneplacitum Apostolicum*. [Bina documenta ad Archivum]. Por. nr [1137].

[1196] s. 432—433. *Relatio pilris ad revisionem libri foundationum Deputati*. Pilris canonicus Łukaszewicz retulit, qualiter librum foundationum [s. 433] connotandarum revidit, foundationes cantatas praeter foundationem Prazmovianam in cursu suo decantatas praevenit. Nonnullos tamen altaristas, ob non solutionem in praesenti tempore censuum, non salariatos cessasse easdem, retulit. Eapropter, ne propria sua auctoritate id audere videantur, ad ilium episcopum Bolinensem auditorem generalem Consistorii praesentis<sup>48</sup> pilrem canonicum Rybiński expostulavit, ut pro et cum eis pro reductione sive dispensatione tantisper absolutionis earundem missarum ad solutionem censuum instare dignetur.

<sup>s</sup> W aktach brak następnego wyrazu.

<sup>t</sup> 22 błęd. akta.

<sup>u</sup> 23 akta.

<sup>v</sup> 25 akta.

<sup>w</sup> W podstawie wyd. słowo występuje 2 razy.

<sup>x</sup> 26 błęd. akta.

<sup>48</sup> Antonin Korneliusz Przedwojewski h. Odrowąż, kapucyn, m.in. biskup tyt. bolineński, audytor prym. Podoskiego, kan. łow. w l. 1769—1793.

[1197] s. 433. *Donum gratuitum rdo Capituli Notario*. Quoniam rdus Capituli Notarius annis tribus per florenos ducentos, pro dono sibi gratuito assignatos, non recepit, proinde Capitulum ex vindicatis in futurum per se censibus recipiendum sibi idem triennale donum permisit.

D. 10 Iunii, in capitulo partiali ordinario:

[1198] s. 433—434. *Deputatio ad colligenda iura et decreta ad ordinationem foundationum et obligationum Altaris S. Ioannis Nepomuceni*.

D. 17 Iulii, in capitulo partiali extraordinario:

[1199] s. 438. *Postulatum rdi Notarii*. Bituminis pro reparatione camini in domo notariali, quod et quantum necessitas postulaverit, extraditionem capitulum praesens ad postulationem rdi Notarii permisit.

D. [24] Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[1200] s. 439. *Deputantur ad custodiendas res pilris Janicki*. Quoniam pilris Janicki, improvisa valetudine desperata et incerta, factus sine viribus destitutus decumbit, proinde ne res per quempiam discerpentur, deputantur ad observandas easdem p. Kontowski canonicus et rdus Capituli sui Notarius.

D. 28 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[1201] s. 447—448. *Plenipotentes ad tuendam causam testamentorum approbandorum constituuntur*.

Dieb. 8—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1202] s. 452 (9 Dec.). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Relectis statutis et decretis tam anteacti generalis et partialium capitulorum, eadem decreta partialia ratihabuit Capitulum per praesentes.

[1203] s. 452. *[Deputatio] ad revisionem libri foundationum*. Ad revisionem libri foundationum absolvendarum et connotandarum deputatur pilris Łukaszewicz.

[1204] s. 453 (10 Dec.). *Ordo Perillustrium in stallis servandus*.

[1205] s. 454. *Apparatus apud Celmum Principem et illum eppum Culmensem*. Apparatum Celmo Principi iuxta reversum et annotationem in registris ecclesiasticis commodatum, tum apud illum episcopum Culmensem exstantem et litteris restitui determinatio pro memoria connotare Capitulum demandavit in actis suis, captato tempore requirendos.

[1206] s. 458 (13 Dec.). *Revisio libri foundationum*. Quoniam pilris Łukaszewicz ad revisionem libri foundationum deputatus ob aegram sui valetudinem praesens adesse capitulo nequit, proinde relinquitur relatio in capitulo facienda partiali.

[1207] s. 358—459. *Disponitur tempus pro gestandis mantoletis*.

## 1772

Die 11 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[1208] s. 460. *Postulatum incarcerationum*. Ad postulatum militum Confoederatorum, sub aresto exercitus Moschovitici degentium, numerum centum quinquaginta personarum excedentium, subsidium charitativum a Capitulo exigentium, praesens capitulum ex massa sua capitulari florenos quinquaginta, ex censibus Węzykavianis flor. viginti, ex censibus Montis Pietatis flor. triginta assignavit. Pro reliqua contributione caritatis secundum posse et pietatem cuiusvis capitularis personae

et aliarum ad idem opus charitativum accedere volentium rdum Capituli sui Notarium deputavit, et eidem distribuenda praemissa commisit per praesentes.

D. 15 Februarii, in capitulo partiali ordinario:

[1209] s. 462. *Moneta massae argentea*. Quoniam tempore praesenti in moneta argentea falsitas apparet, proinde obviando alicui in eadem decessui, anticipate minori clero solvendum quartuale praesens Capitulum decrevit. Dummodo quoque advenerit quartuale, non exspectato dimidio, solvendas sibi refectiones idem capitulum determinavit.

Diebus 9—20 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1210] s. 468 (11 Iun.). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Lectis statutis et decretis reformationum necnon decretorum anterioris generalis capituli et subsequentium partialium capitulorum, ulterius Capitulum procedere mandavit.

[1211] s. 469—470. *Deputatio ad conscribendum inventarium rerum ecclesiasticarum*. Pilres Żeliński et Tarnowski deputantur ad revisionem et [s. 470] conscriptionem inventarii rerum ecclesiasticarum.

[1212] s. 471. *Apparatus apud Cels. Principem et illum eppum Culmensem*. Reassumuntur pro memoria solita apparatus tam apud illum episcopum Culmensem, quam apud Cellmum Principem commodi via exstantes.

[1213] s. 471. *Deputatio ad revisionem libri foundationum*. Ad revisionem libri foundationum connotandarum deputatur pilris Tarnowski, cum relatione Capitulo suo facienda.

[1214] s. 473 (16 Iun.). *Lotrix ecclesiastica*. Lotrici ecclesiasticae spectato tempore praesenti ad praeteritam pensionem per florenos duos pro quartuali quolibet Capitulum auget, ita ut quolibet quartuali viginti flor. percipiat atque tritici coretum unum pro anno dandum permittit.

[1215] s. 473. *Deputantur ad revisionem bullarum et erectionis [Altaris] S. Ioannis [Nepomuceni]*.

[1216] s. 476—477 (19 Iun.). *Relatio pilris ad revisionem libri foundationum Deputati*. Pilris canonicus Tarnowski, ad revisionem libri foundationum deputatus [s. 477] retulit in praesenti capitulo omnes missas cantatas in eodem libro foundationum annotatas fuisse; privatas quoque missas nonnullos rdos altaris non connotasse. Monendos proinde eosdem rdos altaris, ut etiam fundationes easdem suas connotent. Inter quas fundationes quoniam etiam obligationes Altaris Sancti Liborii, ad fundum canonicatus S. Ioannis spectantes, non sunt anotatae, proinde rmus Custos<sup>49</sup> munus tractandi cum illo episcopo Bolinensi, fundi eiusdem praesentaneo possessore (ut etiam substitutum suum ad connotandas easdem obligationes adigat) in se assumpsit. Quo demum spectat obligationes in Capella Boczkoviana<sup>50</sup> ex fundatione Awedykoviana<sup>51</sup> absolvi debitas, quoniam ob retentas provisiones a summis pro iisdem missis provenientes, et inde curatis villanis<sup>52</sup> non solutas, easdem missae non absolvuntur. Proinde utilitatem missarum earundem commodo populi villae eiusdem remotae ab ecclesia prospiciendo, pilri futuro

<sup>49</sup> Prał. Szaniawski — jak przyp. 33.

<sup>50</sup> Boczki wieś kapitulna w par. kolegiackiej.

<sup>51</sup> Kan. Awedyk — jak przyp. 41 w księdze XI.

<sup>52</sup> Duszpasterze wiejscy w par. kolegiackiej.

bonorum Procuratori Capitulum commendavit, ut ex massa intercedat foundationem eandem.

[1217] s. 478. [*Procuratores in annum sequentem electi: bonorum I. Kontowski, causarum B. Łukaszewicz*].

[1218] s. 479 (20 Iun.). *Donum gratuitum rdo Notario*. Rdo Capituli sui Notario ex gratia sua speciali praesens capitulum florenos 264, circa dispersionem Capituli receptos, condonavit.

D. 12 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[1219] s. 486. *Instrumenta fabricae bloch nuncupata*. Quoniam pilris rmus Kosicki metrop. Gnesn. canonicus, loci praesentis decanus favore ecclesiae praesentis instrumentum fabricae bloch nuncupatum condonare litteris suis est testatus, hinc Capitulum referendas ei gratias per litteras pro promissis censuit, et ad postulationem pro necessitate eius commodandum ad quamvis requisitionem determinavit.

D. 3 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[1220] s. 489—490. *Desideriorum quoque Celsissimi ad Capitulum series verborum talis* — — [s. 490] — — Reliqua hoc in negotio ipsi actui circa visitationem Collegiatae Łoviciensis commodo tempore a nobis instituendam<sup>53</sup> — —

Dieb. 8—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1221] s. 493 (9 Dec.). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Quoniam statuta capitularia ad manus non habentur, ideo relectis decretis reformationum atque capitulorum tam anteacti generalis, quam et partialium, ulterius procedere Capitulum decrevit.

[1222] s. 494 (10 Dec.). *Deputatio ad revisionem libri foundationum*. Deputatur ad revisionem libri connotandarum foundationum pilris Żeliński.

[1223] s. 494. *Apparatus apud Cels. Principem et illum eppum Culmensem*. Apparatus apud Celsum Principem et apud illum episcopum Culmensem mentio actis praesentibus connotatur.

[1224] s. 495. *Resolutio circa delegationem Pilrui Capitularium*. Statuit praesens capitulum, ut quoties contigerit in quocumque negotio Capituli Perillustrium personarum Capitularium deputatio, fiat per Capitulum congregatum et decretum actis insertum.

## 1773

23 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[1225] s. 499—501. *Resolutio pro dispergendis*.

D. 27 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[1226] s. 501. *Martyrologium novae editionis*. Martyrologium novae editionis, in Bibliotheca Capitulari adusque conservatum, ad usum chori Capitulum dandum decrevit, vetus vero Martyrologium cum notis asservandam in Bibliotheca censuit.

D. 22 Maii, in capitulo partiali ordinario:

[1227] s. 507—518. *Installatio ilmi [Ioannis] Karski [suffr. Gnesn.] in Coadiutoriam Decanatus [Łoviciensis]*.

Diebus 1—26 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

<sup>53</sup> Do wizytacji kolegiaty przez Podoskiego nie doszło.

[1228] s. 518 (2 Iun.). *Lectio statutorum et decretorum reformationum. Recapitulatio.* Lectione statutorum, ex causis certis Capitulo notis interrupta, decreta reformationum relecta sunt. Relectis decretis tam immediati generalis, quam et partialium capitulorum, eadem praesens capitulum rati habuit.

[1229] s. 519. *Revisio Sacristiae.* Ad revisionem supellectilis ecclesiae deputantur pilres Rybiński et Jaśkiewicz<sup>54</sup>.

[1230] s. 519. *Deputatio ad revisionem libri foundationum.* Ad revisionem libri foundationum deputantur pilres Rybiński et Jaśkiewicz.

[1231] s. 519. *Apparatus apud Cels. Principem et illum eppum Culmens.* Ratione apparatus apud Celsum Principem exstantis capitulum praesens mentionem facit. Ad illum quoque episcopum Culmens in simili negotio apparatus eidem concessi dirigendas litteras Capitulum decrevit —

[1232] s. 522 (9 Iun.). *Relatio pilrium ad librum foundationum Deputatorum.* Retulerunt pilres ad revisionem libri foundationum Deputati, qualiter plures defectus in eodem libro reperiantur. Proinde monenda Collegia, ut librum eundem accuratius scribant, censuit Capitulum.

[1233] s. 523—524. *Relatio pilrium ad revisionem rerum ecclesiasticarum Deputatorum.* Pilres ad revisionem rerum ecclesiasticarum et argenteriarum Deputati, functi officio deputationis suae, prodixerunt in praesenti capitulo regestrum rerum earundem omnium adpraesens reperibilem, per se conscriptum et subscriptum. Quo relecto, Capitulum exhibita pilbus Deputatis pro suscepto labore gratiarum actione, idem regestrum etiam pilris Rmi Capituli [s. 524] sui Praesidentis<sup>55</sup> subscribendum et in Archivo Capituli sui asservandum decrevit.

[1234] s. 527, 529 (18, 26 Iun.). [*Procuratores electi in annum sequentem: bonorum I. Kontowski, causarum B. Łukaszewicz*].

[1235] s. 529 (26 Iun.). *Providetur capitulis brevius terminandis.* Quoniam per rationem calculi proventuum bonorum saepius capitula protrahi solent, per idque perillustres capitulares dispendium temporis sui patiuntur. Proinde praesens capitulum praecavet praesentibus, ut pilres ad calculum deputati **registra** parata et etiam summaria eorum, per p. procuratorem bonorum descripta, reperiant calculumque eundem ante inchoationem capituli generalis perficere curent. Quibus etiam pilbus delegatis congruum commodum intra tempus calculi praesens capitulum praecavet per praesentes. In **librum** quoque rationum nemo, quam ipsemet pilris bonorum procurator, perceptam summarum inducere audeat. Iam vero pilres ad calculum delegati registra nova conficiant et in eadem manu sua remanenta inducant.

D. 16 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[1236] s. 534. *Delegatio pro Comitibus Succamer. Gostinen.* Delegationem pilris rmi Custodis pro Comitibus Succamerarialibus Gostinensibus, in nuperna conferentia capituli extraordinarii factam, praesens capitulum rati habet.

Dieb. 8—14 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1237] s. 537—538 (9 Dec.). *Lectio statutorum et decretorum reform.*

<sup>54</sup> Mikołaj Jaśkiewicz m.in. kan. łow. w l. 1771—1779.

<sup>55</sup> Prał. kust. Szaniawski — jak przyp. 33.

Relectis statutis et decretis reformationum, tum decretis capituli generalis [s. 538] et partialium capitulorum, eadem praesens capitulum rati habuit.

[1238] s. 538. *Liber foundationum*. Pilris Szeliski librum foundationum absolvendarum revidebit et de continentis eius Capitulum informabit.

[1239] s. 538. *Revisio Sacristiae*. Ex rationibus animum permoventibus revisio Sacristiae ad futurum generale capitulum Pentecosten differtur.

[1240] s. 538 (10 Dec.). *Apparatus apud Cels. Principem et illum episcopum Culmensem*. Reassumuntur decreta anteactorum capitulorum.

[1241] s. 539—540 (11 Dec.). *Platea Glinki*. Ex rationibus per pilrem Procuratorem massae expositis potissimum, si Deo favente tempora feliciora subvenient, ut domus commoda pro **Ministris** ecclesiae et aliis utilitatibus ecclesiae possit in areis eiusdem plateae capitularis extrui —

[1242] s. 541 (14 Dec.). *Relatio Deputati<sup>y</sup> ad librum foundationum*. Quoniam pilris ad revisionem libri foundationum Deputatus refert defectuose plurimum connotatas fuisse foundationes, proinde ante omnia capitulum praesens p. canonicum Szeliski deputat, ut idem cogat altaristas et omnem clerum, quatenus inscribant suas fundationales missas in librum foundationum.

### 1774

Die 9 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[1243] s. 542. *Inventarium chori musicalis*. Illatum in praesenti capitulo negotium intuitu conscriptionis inventarii chori musicalis tam videlicet instrumentorum, quam et artium figuralium ad Missas et Vesperas differtur ad futurum capitulum generale Sacri Pentecosten.

D. 5 Februarii, in capitulo partiali ordinario:

[1244] s. 545. *Plenipotentes constituuntur pro Iudiciis Lanciencibus*. Diebus 23 Maii — 8 Iunii, in capitulo generali Pentecosten:

[1245] s. 548 (24<sup>z</sup> Maii). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Relectis statutis et decretis reformationum, factaque recapitulatione decretorum tam immediati generalis, quam et subsequentium capitulorum partialium, eadem decreta Capitulum rati habuit.

[1246] s. 549 (26 Maii). *Revisio curiarum*. Revisionem curiarum praesens capitulum decernit per electas sibi ad id personas capitulares faciendam.

[1247] s. 549. *Revisio Sacristiae*. Ad revisionem Sacristiae deputatur pilris Kamiński<sup>56</sup>, cum relatione futuro capitulo facienda.

[1248] s. 549. *Apparatus apud illum eppum Culmen*. Dirigendas litteras ad illum episcopum Culmensem pro restitutione seu potius compensatione commodati apparatus Capitulum censuit.

[1249] s. 549. *Apparatus apud Cels. Principem*. Apparatum Celmo Principi commodatum pro memoria actis suis praesens annotari fecit capitulum.

<sup>y</sup> Deputatorum akta.

<sup>z</sup> 14 błęd. akta.

<sup>56</sup> Tomasz Kamiński h. Jastrzębiec, m.in. kan. łow. w l. 1770—1807.

[1250] s. 550. *Liber foundationum*. Ad revisionem libri foundationum deputatur pilris Rybiński.

[1251] s. 553 (3 Iun.). *Expensa in negotio foundationis Komorovianae*. Quoniam thesaurus Komorovianus adpraesens est exhaustus, adeo ut proventus foundationis eiusdem Komorovianae impensis massae vindicati fuerint et praebendarii ex massa salariati. Proinde dummodo proventus idem ad *Thesaurum* venerit, repetendam eandem expensam massae tam intercedendo fundationem eandem, quam pro vindicandis proventibus erogata Capitulum censuit.

[1252] s. 555 (6 Iun.). [*Procuratores in annum sequentem electi: bonorum (massae) I. Kontowski, causarum B. Łukaszewicz*].

[1253] s. 556—557 (7 Iun.). *Relatio pilris ad revidendum librum foundationum Deputati*. Reassumitur antierius decretum et quandoquidem pilris rmus Rybiński [s. 557] ad revidendum librum eundem deputatus, defectus plures in eodem libro comperisse refert: proinde monendos per eundem p. Deputatum omnes, quod obligatio connotationis fundationum suarum stringit, ut easdem fundationes sufficientius omnino in libro eodem connotent.

[1254] s. 558. *Residentia notarialis*. Commendatur reparatio residentiae notarialis pilri bonorum Procuratori capto tempore.

[1255] s. 558. *Inventarium chori musicalis*. Inventarium chori musicalis commendatur pilbus Kontowski et Rybiński.

D. 18 Iunii, in capitulo partiali ordinario:

[1256] s. 562. *Plenipotentes constituuntur ad causas in Iudiciis Terrestribus et Castrensibus Gostinensibus*.

D. 20 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[1257] s. 563. *Obitus canonici hon. et secretarii Wyszyński*. Die 18 mensis Augusti 1774 pilris Felicianus Wyszyński canonicus honorarius Capituli febre et languore stomachi correptus, annorum circiter sexaginta, post praestitis multis annis Capitulo labores et obsequia, supremum diem hic obiit.

[1258] s. 563. *Exsecutores dativi a Capitulo post fata ilris Wyszyński*. Ad conficiendum inventarium rerum derelictarum post fata ilris Feliciani Wyszyński, cum titulo exsecutorum, ad disponendum de iisdem assignantur et deputantur pilres dni Łukaszewicz et Jaśkiewicz, facultatem iisdem omnimodam tribuendi decreti praesentis vigore.

D. 27 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[1259] s. 566. *Sancitum Reipublicae ratione solvendorum censuum pro semiquattuor*.

[1260] s. 566. *Illatum ilmi Przedwojewski ratione episcopalis argenteriae*. Instantiae ilmi Przedwojewski episcopi Bolinensis, Łoviciensis canonici, ut argenteriam episcopalem, videlicet calicem cum patena, ampullas cum disco, lavatorium cum disco, discos ad insignia episcopalia, buseum, campanulam, pacificale, omnia inaurata, ut iusto pretio taxandam emere et solvere possit deferendo, capitulum praesens assensit.

[1261] s. 566. *Argentum ecclesiae dividendum*. Necessitatibus fabricae ecclesiae subveniendo, cum interea alius non occurrat modus, et massa bonorum sit extenuata, capitulum praesens decrevit, quatenus argentum Capituli, quod nulli usui et decori altarium ecclesiae servit,

iusto pretio, praevio tamen Celmi Lociordinarii super haec consensu, divendatur.

D. 12 Septembris, in capitulo partiali extraordinario:

[1262] s. 567. *Domus Notarii capitularis violenter occupata*. Quoniam Rdi Vicarij domum Notarii Capituli vi et violenter occuparunt, Capitulumque eadem domo spoliarunt, ideo pro compescendo tam temerario ausu, poenisque exemplaribus motoribus infligendis, eosdem Vicarios ad Officium Consistorii citandos decrevit, causamque praesentem pilri Procuratori massae commisit.

D. 22 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[1263] s. 570. *Assumitur in substitutum Notarii Capituli adm. rdus Rębalski*. Post obitum ilris Wyszyński Notarii Capituli, ex rationibus iustis adinterim, in substitutum adm. rev. Rębalski praebendarium Sanctae Crucis<sup>57</sup> Capitulum assumpsit. Cui post praestitum solitum iuramentum acta concedita.

[1264] s. 570—582. *Installatio pilris Kaszowski ad Coadiutoriam Archidiaconatus Łowiciensis*.

Diebus 8—16 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1265] s. 585 (9 Dec.). *Lectio statutorum et recapitulatio*. Relectis statutis et decretis, factaque recapitulatione decretorum tam anteacti generalis, quam et partialium capitulorum, eadem decreta Domini Capitulares ratihabuerunt.

[1266] s. 586 (10 Dec.). *Liber foundationum*. Ad revisionem connotandarum foundationum deputatur pilris Szeliski.

[1267] s. 586. *Deputatio ad revisionem Sacristiae*. Quoniam immediate elapsi capituli generalis decreto assignata revisio Sacristiae ob certas causas per Delegatum non est expedita, proinde capitulum praesens eandem revisionem tempore aestivo expediendam committit pilbus Szeliski et Jaśkiewicz canonicis et ad eandem conficiendam assumendum Notarium substitutum Capituli sui censet, salva relatione in futuro generali capitulo facienda. Qui pilres Deputati etiam munditiam et decorem Sacristiae Canonialis adm. rdo Vicecustodi demandabunt et mandata haec, ut exsequantur, curabunt plena data facultate decreti praesentis vigore.

[1268] s. 586. *Apparatus apud Cels. Principem et illum eppum Culmen*. Apparatus Celmo Principi accommodatus pro memoria hisce in actis connotatur. Quoad idem reassumitur decretum capituli generalis immediate elapsi et litteras dirigendas pro restitutione eiusdem apparatus ad illum episcopum Culmensem Capitulum praesentibus decernit.

[1269] s. 586. *Residentia notarialis*. Reassumitur decretum capituli generalis Festorum Pentecosten.

[1270] s. 588 (12 Dec.). *Reductio monetae*. Quoniam novella lex Regni ordinavit, novat reductionem rei monetariae, ideo praesens capitulum disponit pilri honorum Procuratori, ut eandem exacte in omnibus solutionibus refectionum, anniversariorum, pensionum etc. a data altefatae legis publicatae observet.

[1271] s. 589 (14 Dec.). *Relatio pilris Deputati ad librum foundationum*.

---

<sup>57</sup> Ks. Rębalski notariusz-substytut kapituty pomiędzy kan. Wyszyńskim a kan. Nikorowiczem.

Retulit pilris Deputatus librum foundationum exquisite per se revisum. In quo, cum plurimi defectus in annotandis absolutionibus foundationum advertuntur, capitulum praesens censuit, ut eaedem foundationes abhinc omnino ab omnibus obligatis accuratius connotentur.

D. 20 Decembris, in capitulo partiali extraordinario:

[1272] s. 591. *Assumptio Vicecustodis*. Post fata immediate secuta adm. rdi Iacobi Jaramowski psalteristae et vicecustodis huius Insignis Ecclesiae Collegiatae Łowiciensis, in vicecustodem adm. rdum Iacobum itidem Jaramowski, defuncti ex fratre nepotem similiterque huius ecclesiae psalteristam<sup>58</sup> praesens capitulum unanimiter elegit et assumpsit. Cui curam Sacristiae atque Thesauri et Asservatorii ecclesiastici, regimen aedituorum ecclesiae et omnia munia vicecustodis fideliter exsequendi praecommissit, salvis nihilominus ulterioribus dispositionibus Capituli constituendis eidem fusius exponendis decreti praesentis vigore.

### 1775

Diebus 6<sup>aa</sup> — 10 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1273] s. 597. *Lectio statutorum et recapitulatio*. Relectis statutis et decretis reformationum, factaque recapitulatione decretorum tam anteacti generalis, quam et partialium capitulorum, eadem decreta Domini Capitulares ratihabuerunt.

[1274] s. 598 (7 Iun.). *Liber foundationum*. Ad revisionem libri foundationum deputatur pilris Szeliski.

[1275] s. 598. *Relatio pilrium Deputatorum ad revisionem Sacristiae*. Pilres Szeliski et Jaśkiewicz, deputati ad revisionem et conscriptionem inventarii et supellectilis ecclesiasticae, retulerunt suam diligentiam in commissis adhibitam atque reposuerunt in mensa Capituli librum novum compactum eiusmodi supellectilis in auro, argento, stanno, aere, cupro, cappis, casulis, dalmaticis, albis, corporalibus, purificatoriis, cingulis utriusque Sacristiae specificè et graphice conscriptum. Ubi incontinenti comportarunt omnem argenteriam usui publico amplius non servientem. Capitulum praesens gratitudinem debitam pro praestito obsequio et peracta functione, debitam humanitatem praestando, iisdem pilbus Dominis commisit, ut tam maiores partes, quam etiam minutissima fragmenta argenti in unam vel plures partes, adhibito artis huius perito, qui per Procuratorem pensionari mandatur, conflari faciant et in Thesauro ecclesiae recondi. Aurum in partibus, quale invenitur in seorsivo scriniolo, ad ulteriorem sui Capituli dispositionem asservari. Anulos vero, quales inveniuntur, iuxta taxam divendi, pecuniam in massa Capituli reponi faciant. Postquam autem conflatum argentum et anuli divenditi fuerint, datur vigor partiali capitulo in eiusmodi libro hoc novo inventarii exsecuta inserendi et productum inscribendi.

[1276] s. 599 (8 Iun.). *Apparatus apud illum eppum Culm*. Reassumitur decretum anteacti capituli immediate elapsi et litteras dirigendas ad eundem pro restitutione eiusdem apparatus praesens capitulum statuit, ad quas dirigendas obligatur rmus Custos.

<sup>aa</sup> 14 błęd. akta.

<sup>58</sup> Jakub Jaramowski młodszy wybrany na wicekustosa.

[1277] s. 599. *Apparatus apud Cels. Principem.* Item apparatus apud Celnum Principem modernum hucusque exsistens pro memoria actis praesentibus annotatur.

[1278] s. 599. *Relatio pilris Rybiński ad inventarium chori musicalis conficiendum deputati.* Idem Perillustris retulit Capitulo suo, quomodo inventarium eiusdem chori musicalis confecerat. Et Capitulum suum decrevit, ut cantores seu musici ad probationem iuratorium supra realitatem comportatorum instrumentorum singulorum et omnium, tum et libellorum musicalium, et praecipue honoratus Rybicki organarius<sup>59</sup>, uti ecclesiae huic antiquius inserviens, per p. Deputatum stringantur. Instrumenta vero et libelli musicales per pilrem Praefectum capellistarum<sup>60</sup> sigillantur et subscribantur, praevia relatione partiali capitulo reservata.

[1279] s. 600. *Notarius Capituli.* In praesenti capitulo obligatur pilris rmus Jaskiewicz, ut ad rdum Nikorowicz<sup>61</sup> Varsaviam dirigat litteras, eundem pro functione notariatus eiusdem invitet et Capitulum suum specimen capacitatis ad exsequendam hanc functionem sibi reservat.

[1280] s. 600 (9 Iun.). *Inventarium Bibliothecae.* Pro conscribendo inventario Bibliothecae curabit futurus Notarius Capituli comparari seorsum librum, in eundemque hinc inventarium Bibliothecae, praevia verificatione, munde et accurate inscribit.

[1281] s. 600. *Relatio pilris, Deputati ad librum foundationum.* Pilris Szeliski deputatus retulit capitulo praesenti, quomodo liber foundationum non adeo adhuc accurate conscribitur. Ut autem accuratissime abhinc omnes foundationes connotentur, obligat Capitulum suum p. rmum Wężyk, ut qualibet septimana per mensem unum connotationes fundationales revideat et accuratiori conscriptioni absolvendarum foundationum attendat. Quo vero attinet foundationes nonnullas, quae non absolvantur, aut stipendium pro eis non solvitur, cognitio summarum fundationalium, scilicet ubinam hae summae locatae existant et utrum ab eis census Capitulo suo pendantur, plenarie ad concludendum et acquirendum hoc negotium praecommittitur pilri Procuratori bonorum, praevia relatione capitulo partiali reservata.

[1282] s. 603 (10 Iun.). [*Procuratores electi in annum sequentem: massae seu bonorum I. Kontowski, causarum B. Łukaszewicz*].

[1283] s. 603—604. *Deputatio ad suscipiendum iuramentum ab adm. rdo Vicecustode.* [s. 604] Exsecutio huiusce iuramenti a rdo Vicecustode pilri massae Procuratori, praevia relatione futuro capitulo, reservatur.

Die 1 Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[1284] s. 605. *Beneficium psalteriatus ven. F. Nikorowicz confertur.* Psalteriatum in Capella Tarnoviana tituli Smae Trinitatis Ecclesiae Collegiatae praesentis, morte et obitu adm. rdi Iacobi Jaramowski vicecustodis illius ultimi et immediati possessoris vacantem, capitulum praesens ven. Francisco Nicorowicz notario suo conferendo, eundem pro praesentatione et institutione, ad quem de iure, remisit.

[1285] s. 605. *Altaria S. Barbarae ven. Nikorowicz confertur.* Alta-

<sup>59</sup> Rybicki długoletni organista kolegiacki.

<sup>60</sup> Prefektem kapeli kolegiackiej bywał jeden z kanoników.

<sup>61</sup> Ks. Franciszek Nikorowicz niebawem not. kap.

riam Sanctae Barbarae in Ecclesia Collegiata praesenti, post mortem et obitum ilris adm. rdi Feliciani Wyszyński anteacti notarii capitularis, capitulum praesens ven. Francisco Nikorowicz **notario** sui Capituli contulit.

[1286] s. 605—606. *Susceptio in secretarium Capituli ven. Nikorowicz et iuramentum.* Post mortem et obitum rdi Feliciani Wyszyński anteacti notarii et secretarii capitularis, praesens capitulum ad electionem in locum eius notarii condescendendo unanimi votorum consensu ad praemissam functionem ven. Franciscum Nikorowicz assumpsit. Qui taliter receptus iuramentum in capitulo praesenti in eam rotam praestitit:

Ego Franciscus Nikorowicz iuro Deo Omnipotenti, quod assumptus in secretarium Capituli, Archi[s. 606]vum Capituli custodiam, omnia accurate scriptis mandabo, secreta Capituli per omnia servabo, praesentias Perillustrium Dominorum fideliter connotabo et omnia, quae munus secretarii concernunt, diligenter obibo. Praestito itaque in manibus pilris canonici Żeliński iuramento praeinserto, eidem novo electo et assumpto Notario acta Capituli tradidit, assignando eidem pro annua pensione: primo florenos quadringentos more antiquo cum obligatione duarum in hebdomada missarum — unius ad Altare Corporis Christi, alterius ad Altare Sanctae Crucis; deinde alios florenos quadringentos doni gratuiti; item decimas post agros cmenthones Plyćwia et Święte, fructumque ex agro uno Civitatis Antiquae Łowiciensis, ac consolationum solito more, quas Perillustres Capitulares sub tempus capitulorum generalium percipere solent, eidem Notario medietatem, ac solitas alias obventiones notarios respicientes. Et pro intromittendo<sup>ab</sup> in domum notarialem capiendamque eius possessionem pilrem rrum Jaśkiewicz canonicum designavit praesentium vigore.

D. 8 Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[1287] s. 607. *Litterae ab ilmo eppo Culmensi.* Responsum ad litteras Capituli praesentis ab ilmo Bajer episcopo Culmensi receptum et in hodierno capitulo relectum, ratione apparatus e **Sacristia** huius ecclesiae per eundem commodati, praesens capitulum cum aliis litteris ab eodem ilmo Episcopo ad se directis in Archivo suo conservari mandavit, ac epistolam gratiarum actoriam pro assecuratione, quod se non solum eundem apparatus redditurum, verum etiam alium proprium cum certa summa per ultimam voluntatem legaturum promiserat, pilris rrus Custos praesidens sui Capituli conscribere munus in se suscepit.

D. 12 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[1288] s. 609. *Negotia ex generalibus capitulis remissa.* Quoniam multa negotia ex generalibus capitulis crebro ad partialia capitula remittuntur, in quibus per oblivionem nihil de eiusmodi negotiis tractatur, proinde abhinc rdus **Notarius** tempore partialium capitulorum ea in memoriam revocabit.

D. 2 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[1289] s. 610. *Deputatio Varsaviam.* Quoniam Congressus Episcoporum Varsaviae proxime celebrandus totalem summam sescentorum milium florenorum polon. subsidii charitativi, constitutione anni 1775 laudatam ac per statum spiritualem Regni Poloniae et Magni Ducatus

<sup>ab</sup> intermittendo *akta*.

Lithvaniae ad **Thesaurum** Reipublicae quotannis pendendam, est dispartiturus: proinde praesens capitulum necessarium duxit pilres canonicos Zeliński et Kontowski Varsaviam deputare, qui de dispositionibus huiusce Congressus Capitulum informarent.

[1290] s. 611—614. *Ordinatio Stalli Custodialis et praesentiarum Coadiutorum.* „Gabriel Ioannes Junosza comes in Srzeńsko a Podosie Podoski Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopus Gnesnensis, legatus natus, Regni Poloniae et M. Ducatus Lithvaniae primas primusque princeps, abbas commendatarius Tynieccensis et Paradisiensis, praepositus generalis Miechoviensis, Ordinum Aquilae Albae et S. Andreae eques universis et singulis, quorum interest aut quomodolibet in posterum interesse poterit. Significamus et ad certam notitiam deducimus devolutam fuisse ad nos quaestionem ac controversiam inter pilrem adm. rdm Stanislaum Kaszowski Archicollégiatae Lanciciensis decanum uti et tamquam pilris adm. rdi Iosephi Jaksa Marcinkowski Insignis Collégiatae Łoviciensis archidiaconem coadiutorem ab una et pilrem rdm Thomam Szaniawski cancellarium Metrop. Gnesnensem, dictae Insignis Collégiatae Łoviciensis custodem de et super stallo et loco sedendi in choro ac capitulo ex altera; totum denique Venerabile Capitulum Insignis Collégiatae Łoviciensis ratione participationis distributionum quotidianarum ex tertia partibus. Utque memoratae superius quaestionis et controversiae finem imposeremus, pro ea qua fungimur ordinaria potestate, requisiti fuimus postulato Ven. Capituli Łoviciensis, porrecto nobis per ipsius plenipotentem pilrem rdm dnm Thomam Szaniawski cancellarium Ecclesiae Metrop. Gnesnensis et custodem Ins. Collégiatae Łoviciensis. Postulatum porro istud erat tenoris sequentis: Infrascriptus a Capitulo Łoviciensi delegatus plenipotentarius Celmo et Rmo Primati Regni, archiepiscopo metropolitano Gnesnensi, pastori et protectori suo nomine Capituli humillime postulor, quatenus categorias binas inter pilrem Kaszowski decanum Lanciciensem, coadiutorem archidiaconum Łoviciensem ab una et Custodem eiusdem collégiatae ratione stalli et loci in capitulo [s. 612] parte ab altera; tum alteram categoriam inter eundem Coadiutorem ratione distributionis quotidianarum praesentiarum in absentia sui Coadiuti praetensarum decidere et hanc decisionem vim statuti habere, declarare dignetur. Post quod quidem postulatum his verbis conceptum nobisque porrectum, requisivimus coram nobis produci authentica documenta tam pro parte Custodis et Capituli Łoviciensis, quam pro parte pilris rdi Archidiaconi Łoviciensis eiusque Coadiutoris. Ad talem nostram requisitionem pilris rdm dnus Godaczewski<sup>62</sup>, agens vi plenipotentiae sibi datae ad hocce negotium inchoandum et terminandum a pilri rdo dno Kaszowski coadiutore Archidiaconatus Łoviciensis, porrexit nobis inter alia erectionem dicti archidiaconatus Łoviciensis factam a Ioanne de Łasko archiepiscopo Gnesnensi, praedecessore nostro. In qua erectione ad praesens negotium terminandum invenimus ordinationem his verbis conceptam: Perpendentes amplitudinem Archidiaconatus Lanciciensis, erigendum duximus archidiaconalem dignitatem in Ecclesia Collégiata Łoviciensi. In qua ecclesia per olim praedecessores nostros erecta et fundata tres praelatos, scilicet

<sup>62</sup> Ks. Godaczewski z archidiecezji.

praepositum, decanum et custodem, canonicos vero numero 10 etc. His praemissis de ordine trium praelatorum, in ulteriori tractatu eiusdem erectionis idem Ioannes archiepiscopus ordinat, quatenus futurus archidiaconus Łoviciensis habeat pro fundo canonicatum et praebendam in Ecclesia Łoviciensi, quam tum temporis possidebat Stanislaus de Zawada canonicus Łoviciensis. Finit denuum talem ordinationem his verbis: Decernentes et volentes, quatenus archidiaconus pro tempore existens dicti Archidiaconatus Łoviciensis (sicut praefertur) per nos erecti, titulo archidiaconatus in dicta Ecclesia Collegiata Łoviciensi superpelliceo et dalmutio stallos in choro ac tum canonicatum et praebendam praedictos, quorum possessionem absque alia praesentatione tenebit sibi vigore praesentis privilegii, quamprimum illos per cessum vel decessum memorati domini Stanislai, vel quamvis aliam dimissionem aut quovis alio modo [s. 613] (ut praedictum est) vacare contigerit, libere intrare, apprehendere et manutenere possit et valeat. Cum ex tali erectione Archidiaconatus Łoviciensis luculenter pateat tertium obtinuisse locum et stallum custodem Łoviciensem in Ecclesia Insignis Collegiatae Łoviciensis, antequam dignitas archidiaconalis in eadem ecclesia fuit erecta, certum sit etiam archidiaconum Łoviciensem successisse in fundum et praebendam Stanislai de Zawada canonici. Clare etiam patet, quod iuxta ordinationem erectionis Archidiaconatus Łoviciensis superpelliceo, dalmutio, stallum in choro nonisi per cessum vel decessum memorati dni Stanislai apprehendere et manutenere potuisset. Continua etiam praxis in aliis ecclesiis cathedralibus et collegiatis doceat iuxta ordinem vocationis seu erectionis dignitatum ecclesiasticarum manuteneri et possideri stalla. Certum est etiam custodem Łoviciensem semper fuisse possessorem stalli tertii. Porro si aliquando contigerat, annuente custode, tertium stallum ab archidiacono fuisse occupatum, praeiudicium inde nullum poterit promanare ordinationi stallorum secundum tempus, quo unaquaeque praelatura fuerat erecta. Resolventes igitur quaestionem de stallum et loco in capitulo inter Custodem et Archidiaconum Łoviciensem decernimus et statuimus, ut iuxta sonantiam erectionis Archidiaconatus Custos possideat tertium stallum et tertium locum in capitulo, Archidiaconus vero, cum originaliter successerat in locum canonici Stanislai de Zawada, idem stallum et locum in capitulo obtineat. Quod spectat alteram categoriam eiusdem pilris Kaszowski coadiutoris archidiaconi Łoviciensis cum toto V. Capitulo eiusdem ecclesiae super praetensa participatione distributionum quotidianarum eo tempore, quo eius Coadiutus abest, ipse vero coadiutor Divinis adest. — — [s. 614] — — [Responsum negativum]. Et ita etiam quoad alios coadiutores statuimus, ordinamus, pronuntiamus ac sententiamus praesentemque nostram ordinationem, decisionem et resolutionem vim et robur perpetuae firmitatis habere volumus et mandamus. In quorum fidem praesentes, manu nostra subscriptas, sigillo nostro communiri iussimus. Datum Gedani, die 8 mensis Augusti anno Domini 1775. Gabriel Ioannes archiepiscopus et primas mp. (Locus sigilli). Iosephus Dodionar regens Cancellariae Suae Celsitudinis Primatialis mp.". 1775 die Mercurii 30 mensis Augusti in Officio Vicariatus Generalis Gnesnensis Łovicii productum et actis ingrossatum. Ita est JC. Głowacki actuarius mp.

[1291] s. 614—615. *Installatio rdi Notarii ad canonicatum honora-*

rium. [s. 615] Coram pilbus rnis Canonicis capituli praesentis compa-rens personaliter adm. rdus Franciscus Nikorowicz actorum Capituli eiusdem notarius, exhibitis litteris creationis suae in canonicum honorarium, sibi a Celsissimo Principe, Domino N.C. Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopo Gnesnensi — — Gedani die 10 mensis Augusti anno praesenti datis et benigne impertitis, virtute et auctoritate eorundem petiit se ad realem et actualem dicti canonicatus honorarii possessionem admitti et investiri, stallumque in choro et locum in processionibus aliaque quaevis sibi competentia committi et assignari. Quibus capitulum praesens visis lectisque litteris, postulatam eius grato animo suscipiendo in actualem possessionem dicti canonicatus honorarii inducendum esse duxit et ad installationem pilrem canonicum Łukaszewicz deputavit. Qui pilris ad praemissa Deputatus eidem adm. rdo Francisco Nikorowicz notario Capituli praesentis ultimum a cornu Epistolae stallum, in processionibus competentem locum assignavit, cum plenitudineque iuris contulit. In quorum reali et actuali possessione manutentus est manutenturque praesentium vigore.

D. 23 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[1292] s. 615—616. *Celebratio festorum sublatorum.*

D. 21 Novembris, in capitulo partiali ordinario:

[1293] s. 618. *Liquidatio proventuum ex Collegio Episcoporum in-iuncta.*

Dieb. 8—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1294] s. 619 (9 Dec.). *Lectio statutorum et recapitulatio.* Relectis statutis et decretis reformationum, tum decretorum anteacti capituli generalis et subsequentium partialium capitulorum, eadem Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[1295] s. 619. *Apparatus apud Cels. Principem et eppum Culmen.* Apparatus Celmo Principi et episcopo Culmensi ex Sacristia Collegiatae praesentis accommodati, propter memoriam, hisce in actis connotantur.

[1296] s. 620. *Deputatus ad revisionem libri connot. foundationum.* Deputatur ad revidendum librum connotandarum foundationum pilris canonicus Szeliski, cum relatione Capitulo facienda.

[1297] s. 620 (11 Dec.). *Relatio ad revisionem libri connot. foundationum Deputati.* Retulit pilris canonicus Szeliski, ad revidendum librum absilvendarum foundationum deputatus, multo accuratius quam antea annotari absolvi solitas obligationes missarum, adinvenisse tamen nonnullos defectus, qui facile suppleri possunt. Pro qua relatione gratias eidem retulit praesens capitulum.

[1298] s. 622 (12 Dec.). *Mutuatio pecuniae ex massa.* Quoniam mutuatio pecuniae ex massa sive praenumberatae in vim deserviendorum plurimum perturbat Capitulum et procuratorem massae, ac negotia in Capitulo principaliora supprimit massa, quoque et nunc est notabiliter extenuata, proinde capitulum praesens prohibet eiusmodi cuiquam Perillustrium Dominorum pecuniae et praenumberatae concessionem.

[1299] s. 625. *Litterae ad illum eppum Kijoviensem.* Litteras consignandas ad illum Ossoliński episcopum Kijoviensem<sup>63</sup>, quatenus summam

<sup>63</sup> Franciszek Salezy Kandyd Ossoliński h. Topór, dr teol., franciszkanin, zm. jako biskup kijowski w 1783 r.

decem millium florenorum polon., sibi a Capitulo accommodatam, pro Festo SS. Trium Regum anni proxime sequentis Capitulo exsolvat, decrevit per praesentes.

## 1776

Die 9 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[1300] s. 628. *Litterae ad pilrem rmum Decanum*. Epistolam gratiarum actoriam ad pilrem rmum Kosicki canonicum Gnesnensem, decanum loci praesentis Perillustres Capitulares pro oblati sibi quattuor scriniis **vitri** censuerunt.

D. 11 Martii, in capitulo partiali extraordinario:

[1301] s. 629. *Obitus ilmi [episcopi Dominici] Kietczewski praepositi Loviciensis*.

D. 30 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[1302] s. 631. *Contributio fumalis [vulgo podymne]*.

D. 13 Aprilis, in capitulo partiali ordinario:

[1303] s. 633. *Processus antecedens Iubilaeum Magnum*.

D. 27<sup>ac</sup> Aprilis, in capitulo partiali ordinario:

[1304] s. 633—634. *Proventus et obligationes Collegiorum [pro subsidio charitativo]*.

Diebus 28 Maii — 8 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1305] s. 634. *Lectio statutorum et recapitulatio*. Relectis statutis et decretis reformationum, ad recapitulationem decretorum tam anteacti capituli generalis, quam subsequentium partialium Perillustres Capitulares processerunt, quae pariter relecta ratihabuerunt.

[1306] s. 635 (29 Maii). *Liber foundationum*. Ad revidendum librum connotandarum foundationum absolvi solitarum deputatur pilris Szeliski, cum relatione Capitulo facienda.

[1307] s. 635. *Apparatus apud Cels. Principem et ilmum eppum Culmen*. Apparatus ecclesiae praesentis apud Celnum Principem feliciter modernum et episcopum Culmensem reperibiles, propter memoriam, hisce in actis annotentur.

[1308] s. 636 (30 Maii). *Litterae ad ilmum eppum Kijovien*. Litteras ad ilmum episcopum Kijoviensem dirigendas, intuitu solutionis **summae** 10 millium flor. polon. ab eodem Capitulo suo provenientium, Capitulum statuit per praesentes.

[1309] s. 637 (3 Iun.). *Relatio revisionis libri foundationum*. Retulit pilris canonicus Szeliski, ad revisionem libri connotandarum foundationum deputatus, omnes missas fundationales, quae absolvuntur, connotatas esse, nonnullas autem fundationes, videlicet Leszczynianam, Obartuszkovianam, Travinianam, Sancti Liborii, non annotari. Proinde commendatur futuro pilri massae Procuratori, ut inquirat rationem huius negligentiae, et ut exactius missae fundationales absolvantur et absolutae connotentur, iniungitur.

[1310] s. 637. *Inventarium supellectilis ecclesiasticae*. Complendi inventarium supellectilis ecclesiasticae, et relationem a pilbis ex anteacto

capitulo generali ad id Deputatis recipiendi partiale capitulum virtute praesentium habebit vigorem et potestatem.

[1311] s. 640 (8 Iun.). [*Procuratores in annum sequentem electi: bonorum I. Kontowski, causarum B. Łukaszewicz*].

[1312] s. 640. *Eleemosyna pro erubescensibus mendicare*. Pilres ad Montem Pietatis Deputati<sup>64</sup> census a summa Potociana reperibiles emendicare erubescensibus distribuant.

[1313] s. 640—641. *Tabellae proventuum et obligationum collegiatae praesentis*. Pilres domini ad praescriptum Ilmi Collegii Episcoporum ad conficiendas tabellas proventuum et obligationum tam Capitularium ex bonis, decimis et summis, quam omnium et singulorum Collegiorum et Beneficiatorum collegiatae praesentis Deputati, Consistorio praesenti Łowicienski inchoaturo [s. 641] porrigendas, easdem capitulariter produxerunt. Quibus capitulum praesens visis et lectis, pilbus Deputatis gratias egit et in recompensam laboris in conficiendis iisdem tabellis perpassi p. canonico Żeliński spatio sex hebdomadarum praesentiam connotandam, rdo vero Notario florenos trecentos dandos censuit per praesentes.

D. 3 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[1314] s. 642. *Introductio Iubilaei Magni*.

D. 9 Augusti, in capitulo partiali extraordinario:

[1315] s. 643. *Ordo devotionis in collegiata praesenti tempore Missionis*.

D. 17 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[1316] s. 643. *Purgatio caminorum*.

D. 20 Augusti, in capitulo partiali extraordinario:

[1317] s. 644. *Votiva de Sancto Spiritu pro successu Comitiorum [Regni]*.

D. 28 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[1318] s. 645. *Devotio Sacri Iubilaei*.

[1319] s. 645. *Dies Medicorum*<sup>65</sup> 30 *superadditi*.

D. 12 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[1320] s. 646. *Conductio missionariorum, pro iisdem residentia et victus*.

D. 26 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[1321] s. 647. *Missio crastina die incipiens et deputatio pilris Rybiński canonici*.

D. 9 Novembris, in capitulo partiali ordinario:

[1322] s. 647. *Cultus Divinus [in collegiata tempore Iubilaei]*.

[1323] s. 647. *Viales et eleemosyna patribus missionariis*.

D. 16 Novembris, in capitulo partiali ordinario:

[1324] s. 649—650. *Pro iubilaeo futuro memoria*.

Dieb. 8—11 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1325] s. 652 (9 Dec.). *Lectio statutorum et recapitulatio decretorum*. Relectis statutis et decretis reformationum, tum capituli anteacti generalis et subsequantium partialium, Perillustres Domini eadem ratihabuerunt.

<sup>64</sup> Kanonicy Wężyk i Żeleński — jak przyp. 53 i 58 w księdze XI.

<sup>65</sup> Owe dni wolne od rezydencji do XVII w. nazywano „vindemiae”, później „dies amicorum”, a obecnie „dies medicorum”.

[1326] s. 652. *Liber connotandarum foundationum*. Ad revidendum librum connotandarum missarum, vi variarum foundationum per clerum collegiatæ præsentis absolvi debitarum, deputatur pilris canonicus Kamieński.

[1327] s. 653. *Apparatus*. Ratione apparatusum tam per Celmum Principem, quam et illum episcopum Culmensem, a Capitulo accommodatorum, reassumuntur anteriorum capitulorum generalium decreta.

[1328] s. 653. *Supellex ecclesiastica*. Ad conficiendum inventarium supellectilis ecclesiasticæ deputantur pilres Szeliński et Jaśkiewicz canonici.

[1329] s. 653. *Summa 10 m[illium] flor. polon. apud illum episcopum Kijowien*. Quoniam ilmus episcopus Kijoviensis summam decem millium florenorum polon., ad scriptum manuale sibi a Capitulo commendatam, pro futuro festo S. Ioannis Baptistæ in anno sequenti 1777 Capitulo reddere appromiserat, proinde intuitu solutionis eiusdem summae pro supradicto termino litteras dirigendas ad eundem Capitulum decrevit.

## 1777

Die 4 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[1330] s. 660—661. *Percepta annualis pecunia ex bonis capitularibus*.

D. 1 Februarii, in capitulo partiali ordinario:

[1331] s. 664—665. *Eleemosyna tempore Iubilæi collecta*.

D. 5 Aprilis, in capitulo partiali ordinario:

[1332] s. 667. *Litterae innotescentes Capitulum de termino dispartitionis quotæ totalis pro subsidio charitativo pendendæ*.

D. 26 Aprilis, in capitulo partiali ordinario:

[1333] s. 668. *Deputatio ad Cels. Principem Nominatum<sup>66</sup> cum gratulatione*.

[1334] s. 668—669. *Census de Szreńsk, quota pro sebo ex Arce Łowic, tum apparatus commodati repetendi*. Ad tractandum cum pilri rmo Wiażewicz canonico Gnesnensi et Łowiciensi, commissario<sup>67</sup> olim cels. principis Podoski archieppi Gnesn. immediati defuncti, ratione appromissæ solutionis census a summis in bonis [s. 669] Szreńsk haerentibus, tum quotæ pro sebo ex Arce Łowiciensi pendi debita, necnon restitutionis apparatusum et calicum ex Sacratio Ecclesiæ Collegiatæ præsentis celmo olim Principi commodatorum ad scriptum reversale, pilrem canonicum Kamieński, pro tempore Suæ Celsitudinis capellanum [et] p. rimum Węzyk can. Posnaniensem et Łowic. capitulum præsens deputavit.

D. 28 Aprilis, in capitulo partiali extraordinario:

[1335] s. 669. *Litterae significantes obitum cels. archieppi Gnesnensis [Podoski, 5 Apr. Marsiliæ defuncti]*.

Diebus 20 Maii — 2 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1336] s. 670. *Lectio statutorum et recapitulatio decretorum*. Relectis statutis et decretis reformationum, tum anteacti capituli generalis, quam

<sup>66</sup> Antoni Kazimierz Ostrowski h. Grzymala, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1777—1784.

<sup>67</sup> Wacław Wiażewicz h. Leliwa, dr teol. i ob. prawa, eks-jezuita, m.in. kan. łow. w l. 1771—1781.

subsequentium capitulorum partialium, eadem decreta praesens capitulum ratihabuit.

[1337] s. 670. *Litterae ad eppum Kijovien*. Rogatur praesentibus pilris canonicus Szeliski, ut litteris ad illum Ossoliński episcopum Kijoviensem, a Capitulo suo rescribendis, solutionis **summae** tam originalis, quam censualis exposcat.

[1338] s. 671 (24 Maii). *Notificabit dnum Praesidentem de agitando capitulo Notarius*. Obligatur praesentibus ilris Capituli Notarius, ut semper notificet pilrem illum Capituli Praesidentem de loco et tempore inchoandi capituli. Pro partialibus sive septimanalibus capitulis ante horam nonam pulsum campanae maioris fieri curabit, pro generalibus absque pulsu hora nona Perillustres Domini convenient.

[1339] s. 671. *Celebratio missarum conventualium festis sollemnior*.

[1340] s. 671. *Deputatio ad librum fundationum*. Ad revidendum librum absolvendarum obligationum sive missarum deputatur pilris canonicus Kamieński, cum relatione in capitulo partiali facienda.

[1341] s. 672. *Iuramentum Vicecustodis*. Ad auscultandum iuramentum vicecustodis collegiatae praesentis adm. rdi Iacobi Jaramowski pilris canonicus Kontowski bonorum procuratos, anterioris capituli generalis decreto deputatus, retulit eundem in praesentia sui solitum iuramentum praestitisse.

[1342] s. 672. *Apparatus apud eppum Culmen*. Apparatus apud illum Bajer episcopum Culmensem ex Sacratio collegiatae praesentis accommodatus, ob memoriam, hic in actis connotatur.

[1343] s. 672—673. *Summae originales et censuales, tum apparatus apud olim cels. principem Podoski AG*. Ad vindicandas summas originales et censuales per celmum olim principem Ioannem Gabrielem Podoski archiepiscopum Gnesnensem — — super bonis omnibus, potissimum Szreńsk suis haereditariis, Capitulo praesenti inscriptas; tum quotam pro **sebo**, vigore privilegiorum ad Ecclesiam Collegiatam Łoviciensem pendi solitam, durante cels. Principis dominio in Thesaurio suo retentam; necnon apparatus ex Sacristia collegiatae praesentis ad capellam dictae suae Celsitudinis commodatos; tum summam pro calce ad aedificandam Domum Invalidorum Presbyterorum, sub protectione Capituli exsistentium, coëmpta et per eundem [s. 673] Celmum in exstructionem braxatorii et praedii Łoviciensis conversa et nondum exsoluta, iuxta seorsivos calculos liquidatas; et **documenta** sibi ex Archivo Capitulari extradita et extradenda repetenda deputatur ilmus Antoninus Przedwojewski episcopus Bolinensis, canonicus loci praesentis. Cui plenaria facultas et omnimoda potestas praemissa recipiendi, summas levandi, de receptis vel levatis etiam officiose quietandi et, si opus fuerit, in quovis iudicio Regni Maioris Minorisve subsellii intuitu praemissorum iure agendi, decreta obtinendi, publicationes et executiones ac traditiones bonorum urgendi, iuramenta attestandi etc. et omne, quod negotium poposcerit, exsequendi datur et committitur, pro quorum omnium ratihabitione Capitulum cavet per praesentes.

[1344] s. 676 (31 Maii). *Relatio Deputatorum ad revidendam suppellectilem ecclesiae*. Pilres canonici Szeliski et Jaśkiewicz, ad revidendam suppellectilem ecclesiasticam deputati, produxerunt inventarium dictae su-

pellectilis accurate descriptum. Cuius postquam ad tenorem statutorum alterum exemplar conscribetur, datur vigor partiali capitulo eadem inventaria manu pilris Praesidentis subscribendi, ac cum peristromatis, ne deteriorentur, disponendi.

[1345] s. 678 [2 Iun.]. *De expensis extraordinariis.*

[1346] s. 680. *Sit in bonis mensura regia.*

[1347] s. 680. [*Procuratores electi in annum sequentem: bonorum I. Kontowski, caesarum B. Łukaszewicz*].

[1348] s. 680—681. *Subsidium charitativum a Clero Minori.*

D. [7] Iunii, in capitulo partiali ordinario:

[1349] s. 681—682. *Peristromata accommodanda.* Pilris bonorum Procurator retulit se esse requisitum a Curia Cels. Principis Nominati super accommodatione peristromatorum ad tegendas parietes hypocaustorum primatium in Domo Congregationis Missionis, in quibus Cels. Princ. Nominatus ad [s. 682] tempus residebit. Proinde capitulum praesens eadem extendendi et accommodandi adm. rdo Vicecustodi facultatem dedit, et scriptum reversale cum specificatione qualitatis et quantitatis eorundem, a quo intererit, recipiendi munus praecommittit. Ibidem **sella** artificia Gedanensia, pelle deaurata tecta, numero quinque ex Capitulari Stuba ad tempus accommodata, propter memoriam his in actis annotantur.

D. 28 Iunii, in capitulo partiali ordinario:

[1350] s. 685. *Obitus pilris Marcinkowski archidiaconi Łowiciensis.*

D. 5 Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[1351] s. 685—686. *Apparatus post obitum Praepositi Capitulo oblatus.* [s. 686] Casulam, infulam auro textas et tobaleam albam ab exsecutoribus olim ilmi [Dominici] Kielczewski suffraganei Chelmensis, praepositi loci praesentis Capitulo Łowiciensi oblatas, inventario supellectilis ecclesiasticae ascribendas Capitulum censuit.

D. 30 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[1352] s. 693. *Salutatio imminens Celmi Principis [circa ingressum ad collegiatam].*

D. 18 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[1353] s. 702. *Crux argentea Cels. Principi commodata.* Scriptum reversale, datum Skierniewiciis d. 12 Octobris a. 1777 manu Celmi Principis feliciter moderni subscriptum et eigillo communitum, super crucem argenteam portatilem, ex quinque frustis compositam, cum effigie Christi Crucifixi a capitulo praesenti per manus adm. rdi Iacobi Jaramowski vicecustodis Suae Celsitudini ad certum tempus accommodatam, capitulum praesens circa inventarium supellectilis ecclesiasticae conservari mandavit.

Dieb. 8—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1354] s. 711. *Lectio statutorum.* Relectis statutis et decretis reformationum limitatum capitulum ad diem crastinam.

[1355] s. 712 (9 Dec.). *Recapitulatio decretorum.* Relectis decretis anteacti capituli generalis Festorum Pentecosten, tum subsequentium partialium, eademmet Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[1356] s. 712. *Litterae ad illum eppum Kijovien.* Quoniam ilmus Ossoliński episcopus Kijoviensis appromissam exsolutionem **summae**

10 millium flor. polon. sibi ad scriptum manuale accommodatam non effectuat, iterum intuitu exsolutionis ad eundem epistolam consignandam Capitulum censuit per certum latorem ad manus eius transmittendam.

[1357] s. 712. *Liber foundationum*. Ad revidendum librum absolvi solitarum missarum fundationalium deputatur pilris canonicus Kamieński, cum relatione Capitulo facienda.

[1358] s. 713. *Apparatus apud ilmun eppum Culmen*. Intuitu apparatus sacri, post obitum celmi olim principis Komorowski ecclesiae praesenti destinati, ad ilmun episcopum Culmensem litteras dirigendas Capitulum censuit.

[1359] s. 713 (10 Dec.). *Relatio [epi Przedwojewski] in negotio cum successoribus celmi olim Podoski AG et cum gnoso Lenk.*

[1360] s. 719 (12 Dec.). *Relatio Deputatorum ad conscribendum inventarium ecclesiae*. Pilres dni Szeliski et Jaskiewicz canonici, ad conscribendam supellectilem ecclesiasticam deputati, prodixerunt inventarium eiusdem supellectilis, sed nondum completum. Proinde capitulum praesens ad complendum eundem hos obligavit et completum in capitulo partiali subscribendum decrevit.

[1361] s. 722 (13 Dec.). *Relatio Deputati ad librum foundationum*. Pilris canonicus Kamieński, ad verificandum librum absolvendarum foundationum in collegiata praesenti deputatus, retulit quomodo omnes missas fundationales absolvantur exceptis missis ex fundatione rdi Trawiński.

## 1778

Die 21 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[1362] s. 727. *Mausoleum Celmi Primatis [Ostrowski, desideratio]*.

D. 25 Aprilis, in capitulo partiali ordinario:

[1363] s. 729. *Deputatio ad receptionem apparatusum sacrorum*. Ad recipiendos apparatus Ecclesiae Collegiatae praesentis, cels. olim principi Podoski archiepiscopo Gnesnensi et primati accommodatos, deputatur pilris rmus Adalbertus Węzyk ecclesiarum cathedr. Posnaniensis, collegiatarum Łoviciensis canonicus, Łascensis decanus, Cui datur facultas dictos apparatus iuxta regestrum originale, sibi per copiam authenticam datam, specificatos recipiendi de manibus pilris rmi Wiażewicz canonici Gnesn. et Łovicien., tamquam olim cels. Primatis plenipotentarii, de receptis quietandi.

D. 23 Maii, in capitulo partiali ordinario:

[1364] s. 731. *Capella musices Skierniewicios mittenda*.

[1365] s. 731. *Summa 10 millium flor. polon. apud ilmun eppum Kijovien*. Retulit pilris canonicus Łukaszewicz causarum procurator, quomodo ilmun Ossoliński episcopum Kijoviensem adiverit, solutionemque summae originalis 10000 flor. polon. nomine Capituli ab eodem ilmo episcopo requisiverit. Qui se pro die 3 Iulii anni currentis soluturum pro certo, sive per se sive per suum plenipotentem, assecuravit.

D. 5 Iunii, in capitulo partiali extraordinario:

[1366] s. 731—732. *Obitus pilris rmi [Pauli] Kosicki decani Łoviciens.*

D. 6 Iunii, in capitulo partiali ordinario:

[1367] inter p. 732 et 733. [*Testamentum eiusdem Kosicki, polonice, sedecim pp.*].

Diebus 9—13 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1368] s. 734. *Lectio statutorum et recapitulatio decretorum*. Relectis statutis et decretis reformationum, tum decretis anteacti capituli generalis et subsequentium partialium, eademmet decreta ratihabita.

[1369] s. 734 (10 Iun.). *Inventarium ecclesiasticum*. Argenteriam ecclesiasticam, ob metum calamitatis in Regno, servatam et in producto registro per pilres Szeliski et Jaśkiewicz canonicos, ad complendum inventarium ecclesiae ex immediate anteacto capitulo generali deputatos specificatam, inde eximendi et in librum supellectilis ecclesiasticae inducendi praesens capitulum iisdem deputatis dat facultatem per praesentes.

[1370] s. 734—735. *Deputatio ad conscribendum inventarium curiae decanalis*. Ad conscribendum inventarium curiae decanalis, post obitum pilris [s. 735] rmi olim Kosicki decani Łowiciensis, deputantur p. Żeliński et Notarius Capituli.

[1371] s. 735. *Ingrossatio testamentorum*. Pilres Domini Capitulares studendo bono ordini decreverunt, quatenus testamenta ultimae voluntatis post obitum dominorum capitularium circa ecclesiam decedentium, in acta capitularia inducantur, salvo honorario Notarii pro labore circa praemissa praestando.

[1372] s. 736—737. *Apparatus apud illum eppum Culmen*. Ilmus Bajer episcopus Culmensis, litteris suis ad pilrem rnum olim Paulum Kosicki decanum loci praesentis directis, enuntiavit apparatus apud se retentos, post obitum celmi principis Komorowski archieppi Gnesnensis et ad Ecclesiam Collegiatam Łowiciensem dispositos et pertinentes, velle sine mora reddere et remittere. Et quoniam Gedanum pro festo S. Dominici se condescensurum pro certo affirmavit, hinc capitulum praesens pilrem canonicum Rybiński deputavit ad illum Garnysz referendarium Regni, suffraganeum Pomeraniae<sup>68</sup>, quatenus ipse suum surrogatum iudicem Gedanensem p. Lipiński<sup>69</sup> obligare dignetur ad recipiendos dictos apparatus de manibus ilmi eppi Culmensis [s. 737] eosdemque per occasionem opportunam Łowicium remittendos. Litteras quoque ad illum eppum Culmensem consignandas Capitulum statuit cum denuntiatione, quod dictos apparatus pilris Lipiński<sup>ad</sup> habeat in commissis suscipere et suo Capitulo remittere.

[1373] s. 740 (12 Iun.). *Liber foundationum*. Ad revidendum librum absolvendarum obligationum missarum deputatur pilris canonicus Kamieński, cum relatione Capitulo facienda.

[1374] s. 744 (13 Iun.). *Ad conficienda inventaria praediorum capitularium deputatio*. Ad conficienda et conscribenda inventaria praediorum et villarum tam ad mensam Capituli pertinentium, quam advocatiarum sub inspectione et regimine Capituli exsistentium deputantur, praeter pilrem futurum bonorum Procuratorem, ilmus Przedwojewski episcopus

<sup>ad</sup> Lipiński akta.

<sup>68</sup> Maciej Grzegorz Garnysz h. Poraj, dr ob. prawa, aktual. referendarz kor., sufr. pomorski w diec. włocł. i audytor prym. Ostrowskiego, potem biskup chełmski i podkanclerzy.

<sup>69</sup> Oficjał pomor. Antoni Marcin Szur Lipiński zmarł już w 1774 r., o czym kapituła nie wiedziała.

Bolinensis et p. Kamiński, qui inventarium advocatiae Skaratki<sup>70</sup> ante festum imminens S. Ioannis Baptistae confici curabunt.

[1375] s. 744—745. *Notarius proventualis conducendus. Mensura Var-saviensis Regia sit unica in bonis. Quantum credendum colonis in tabernis.* Minuendo labores Procuratoribus bonorum mensae Capituli, providendoque accuratae annotationi regestrorum oeconomicorum, statuit Capitulum, ut Notarius proventualis conducatur, qui officia ex munere sibi incumbencia obibit, claves tamen a granariis neque pecunias a tabernatoribus recipiet. — —

[1376] s. 745. [*Procuratores in annum sequentem electi: bonorum B. Łukaszewicz, causarum S. Szeliski*].

[1377] s. 746. *Ordo devotionis tempore missionis.*

---

<sup>70</sup> Skaratki wieś w par. Domaniewice k. Łowicza.